



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A 863,209

P. OVIDI NASONIS


TRISTIA

EPISTVLAE EX PONTO

HALIEVTICA


FRAGMENTA

-31-



871
08
097

31-



871

08

097

SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDOIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HENRICUM FROWDE

P. OVIDI^{us} NASONIS,

TRISTIVM LIBRI QVINQVE EX PONTO LIBRI
QVATTVOR HALIEVTICA FRAGMENTA

RECOGNOVIT
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

S. G. OWEN
AEDIS CHRISTI ALVMNVS



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDOIANO
MDCCCCXV



*OXONII
Excudebat Horatius Hart
Typographus academicus*

Copyright 1915 by
Oxford University Press American Branch

S. 2. 162. 21. 10

PRAEFATIO

CARMINA Ovidi in exilio composita hoc volumine continentur: sunt vero Tristia Ibis ex Ponto Libri Halieuticon Liber, quod opus supremis suis temporibus, teste Plinio (N. H. xxxii. 152), inchoatum poetam imperfectum reliquisse satis constat. In fine denique

ADDENDVM

Post impressas has curas de *Ibide Ponticis Halieuticis* subtiliter alibi disserui (*Classical Quarterly*, viii. 254 sqq.).

CORRIGENDVM

Ex Ponto IV. iv. 33 *in app. crit. lege* hos *Parisinus* 7993
Ehwald:

141.6 *Ovidi Tristia etc.*

To face p. ii

criticam parvi premi est, i. i. 1-1. v. 10: 1 v. viii. 0-v;
xiv. 46 comprehenduntur: ceterum III. vii. 2-IV. i. 11
iniqua sorte perierunt.

Θ. Liber Trevirensis in bibliotheca urbana Augustae
Trevirorum servatus, litteris minusculis saeculo decimo.

PRAEFATIO

scriptus, continet duo folia codicis pervetusti, quae libri alicuius involucrum olim effecerunt, quarum reliquiarum ‘utrum paucitas magis dolenda an praestantia praedica magis sit’ vere dubitari dicit R. Ehwald, qui librum detexit ac publicavit (Symb. ii. 1892, p. 4): de quibus fragmentis deque eorum condicione pergit idem vir doctus ‘exstant in foliis Trist. I. xi. 1–31 et I. xi. 33–II. 21 (huius folii versus partim paene toti detriti, partim evanidi sunt, paucae litterae vocesque distincte leguntur, plures translucent) et IV. iv. 35–65 et IV. iv. 67–v. 9.’

His accedit pretiosum antiquitatis testimonium, inscriptio C. I. L. VI. 2 n. 9632, ubi ita laudantur Tristium versus I. xi. 11–12

SEV · STVPOR · EST · HVIC · STVDIO · SIVE · EST · INSANIA · NOMEN

OMNIS · AB · HAC · CVRA · CVRA · LEVATA · MEA · EST
(cf. Ehwald, Symb. i, p. 8), cuius indicio in altero
versu vera Ovidi manus restituitur

omnis ab hac cura cura levata mea est,
pro eo quod codices intruserunt

omnis ab hac cura mens relevata mea est.

Classis secunda his constat codicibus:

A. Codex vetus Marcianus hodie deperditus, cuius apographon Politiani ipsius manu factum exstat in margine editionis Parmensis anni 1477, quae Oxonii in bibliotheca Bodleiana adseratur. Hanc collationem a me repartam in editione anni 1899 descripsi (cf. Prolegg. p. xii sqq.).

G. Guelferbytanus inter Gudianos 192, membranaceus saeculi decimi a me aliisque excussus.

H. Holkhamicus bibliothecae comitis de Leycestria saeculi tertii decimi a me collatus.

PRAEFATIO

P. Vaticanus, bibliothecae Palatinae 910, saeculi quinti decimi anno 1476 scriptus. Hunc codicem a Iano Gebhardo collatum mihi vir insignis, nuper demortuus, Robinson Ellis, retractavit.

V. Vaticanus 1606, membranaceus saeculi tertii decimi ab A. Monacio collatus. Hunc codicem meo rogatu denuo examinavit, qua est comitate, amicus meus D. M. Robertson, Cantabrigiensis, meque de locis haud paucis certiores fecit, unde, siquid nostrum a prioribus testimonium discrepat huic novae notitiae acceptum referas. Exstat vero in codice distichon permirum post I. viii. 20 infarctum

cumque fores tepidis tepidum te dissimulares
me licet inuictis conspiciens oculis.

Insiticia vides medio aevo procula.

Hi quinque codices (quos inter se arte conspirantes littera Γ signavi) bonitate proxime accedunt ad Laurentianum ac Treviensem, quorum depravationibus ac detrimentis ex his potissimum quaeritur remedium.

Classis tertia efficitur reliquis codicibus, qui sunt permulti, editionibusque veteribus: de quibus omnibus ea quae in editione anni 1889 disputavi nolui repetere. Fragmenta quaedam Oenipontana Antonius Zingerle evulgavit (*Neue philolog. Rundschau* 1890, p. 71).

Ad Tristia recensenda quattuor in primis opuscula doctrina referta multum emolumenti nuper attulerunt, R. Ehwaldi, *Ad historiam carminum Ovidianorum recensionemque symbolae*, i (Gothae, 1889), ii (Gothae, 1892), Ellisi commentatio (*Hermathena* vii, p. 183 sqq.), Pauli Vogel, *Kritische und exegetische Bemerkungen zu Ovids Tristien*, Schneebergae (Festschrift) 1891;

PRAEFATIO

quorum virorum praceptoris multa inculta atque interclusa ante frondibus iam purgata sunt. Locos nonnullos caliginosos ipse nuper investigavi (*Classical Quarterly*, viii, p. 21 sqq.).

Epistularum ex Ponto codex omnium veterissimus est Guelferbytanus Aug. 13. 11, liber rescriptus papyraceus litteris uncinis saeculo sexto exaratus, iudice Chatelain, apud quem photographice depictum videre licet: huius mancae tantum reliquiae, foliorum duorum partes inferiores, continent IV. ix. 101–108; IV. ix. 127–133: IV. xii. 15–19 et 41–44.

Ceteri codices in duas classes discedunt, meliorem alteram, quae curas emendatrices minus experta est, alteram ita deteriorem ut, etsi interpolationibus persaepe illita sit, tamen nullo modo omnino spernatur. Classem primam hi codices efficiunt:

A. Hamburgensis, litteris carolingicis minusculis saeculo nono (sic testatur Chatelain) scriptus, continet Epistularum partes has, I. i. 1 usque ad III. ii. 67, praeter tertiam libri primi epistolam, quae deest. Codicis laceram condicionem leverunt duo libri, qui totum Epistularum corpus repraesentant:

B. Bavanicus Monacensis Lat. 384 saeculo duodecimo scriptus.

C. Bavanicus Monacensis Lat. 19476, olim Tegernseensis, saeculo duodecimo scriptus.

Hi tres libri ex eodem fonte quo Guelferbytanus demanarunt, sed ex apographo quodam libri archetypi hodie deperdito eos descriptos esse credibile est. Codicum ABC consensum littera a notavi. Hamburgensis ac Monacensis 384 lectiones ex editione Korni (a. 1868) plerumque sumpsi; Monacensis vero non-

PRAEFATIO

nullas ex opusculo Ehwaldi (*Kritische Beiträge*), qui codicem denuo excussit, multa omissa supplevit, perperam tradita correxit. Bavarii Tegernseensis notitia ad Kornium post confectam editionem suam sero venit; is vero in programmate *De codicibus duobus carminum Ovidianorum ex Ponto datorum Monacensibus* (Strehiae, 1874) integrum huius codicis collationem edidit. De locis nonnullis cum scrupulus iniectus esset, intercedente amico meo Aluredo Gudeman, Monacensi, vir doctus ac de Ovidi carminibus amatoriis optime meritus S. Tafel meo rogatu ambos codices Bavarios retractavit; igitur siquid aliter atque alii de his libris memoravi, id Tafeli diligentiae atque humanitati debetur.

Cassis altera constat reliquis a Kornio allatis codicibus, quibus tres a meipso collatos adiunxi, qui sunt :

E. Etonensis, B. k. 6. 18, saeculi tertii decimi litteris minusculis nitidissime scriptus. Hunc codicem Tristibus recensendis olim adhibui (Trist. Prolegg. p. xxviii): eundem in bibliothecam Bodleianam humanitate bibliothecarii Collegii Etonensis, viri docti F. W. Cornish, nuper transmissum denuo contuli, nec sine proventu cum veritatem aliquotiens praebeat, cf. verbi gratia II. v. 52 *decens*, II. x. 18 *sequamur*, ibid. 22 *visa* IV. xvi. 31 *Varius*. Praeter Tristia et ex Ponto libros in hoc codice Heroides, Amores, Ars amatoria, Remedia Amoris, Nux, De somno, De pulice, De cuculo, Fasti, Metamorphoses leguntur.

H. Holkhamicus saeculi tertii decimi, qui Tristia, de quibus supra dixi, etiam continet.

O. Bodleianus Canonicianus Lat. 1, saeculo tertio

PRAEFATIO

decimo scriptus. Hunc codicem a nobis in *Corpo poetarum Latinorum ad Ponticas Epistulas advolutum inque Tristibus recensendis exhibitum* (Prolegg. p. xxv) denuo excussi.

In Ponticis recognoscendis praeter apparatus a Kornio congestum usus sum acutis Ottonis Schreuders *Observationibus in P. Ovidii Nasonis ex Ponto libros I-III*, sed adiumento primario erat R. Ehwaldi, doctrinae Ovidianaæ iudicis peritissimi, vere aureus libellus, *Kritische Beiträge zu Ovids Epistulae ex Ponto* (Gothae, 1896), in quo excussis perpensisque codicibus poetaeque locutione ad perpendicularum exacta rectam Ponticarum edendarum normam vir doctus stabilire instituit.

Ad Ibidis recognitionem ex copiis Merkeli (Berolini, 1837) Ellisique (Oxonii, 1881) septem praecipue codices adscivi quorum varietate apparatus distinguatur. His sunt:

F. Francofurtanus, M. S. Barth. 110, olim coenobii Sancti Bartholomaei, saeculo duodecimo exeunte, nequaquam ante annum 1150 exaratus; id quod intellexi ex litteris Ebrardi, docti bibliothecarii Francofurtani, ad quem scripseram cum, aliis alia de aetate codicis tradentibus, haesitarem.

G. Galeanus 213, nunc O. 7. 7 Collegii Sanctae Trinitatis apud Cantabrigienses, circa annum 1180 scriptus.

H. Holkhamicus saeculi tertii decimi.

P. Philippicus olim, nunc Berolinensis Lat. 210 bibliothecae regiae, saeculo tertio decimo vel quarto decimo iudice Ellisio scriptus.

T. Turonensis 879 circa annum 1200 scriptus: cf. Trist. ed. 1889, Prolegg. p. xxvi.

PRAEFATIO

V. Vindobonensis 885, saeculo duodecimo scriptus
teste Chatelain, qui eum photographice depinxit.

X. Parisinus 7994 saeculi tertii decimi.

His accedit:.

B. Canonianus Lat. 20 bibliothecae Bodleiana, saeculo quinto decimo scriptus, ab E. O. Winstedt excussus (*Classical Review*, xiii. 395), qui codex sive ex idoneo exemplari deprompta sive Italorum ingenio excogitata praeclera quaedam tradidit, velut 82 *chaos*, 254 *inermis opem*, 321 *alewas*, 333 *hippomeneide*, 567 *acerno*.

Lectiones quasdam codicis Plantiniani D. 68, olim Moreti Heinsiani, saeculo duodecimo exarati, ab Ellisio (*Journal of Philology*, xviii. 292) Zamosciani, saeculo quinto decimo scripti, a Ricardo Foerster (*Rhein. Mus.* lv. (1900), p. 453) prolatas inieci. Hos omnes codices ex communi archetypo ortos, deflorationes ab Ellisio laudatas ex alieno plane fonte haustas, excerpta repertorii Conradi de Mure ab exemplari Galeano adfini sumpta esse iure constitutas.

Ac de codicum inter se rationibus contorta res, ut fit, diiudicatuque ardua. Evidem Galeanum Turonensemque ceteris antecellere censeo, sed uter utri praeponatur difficile arbitrium: Ellisius Galeanum singularem locum vel potius speciem obtinere statuit, Maagio (*De Ibidis Ovidianaे codicibus*, Bernae, 1885) aliisque Turonensem praeferendum rectius visum est, quae certe opinio nonnullis lectionibus (verbi gratia 74 *netis*, 140 *exanguis*, 364 *membraque*, 583 *oborto*) confirmatur. Sed in carmine tam lubrico tamque depravato ex omnibus membranarum armamentariis tela anquirenda sunt. Erat vero illud eximum Ellisi

PRAEFATIO

nostrum meritum quod Vindobonensi de principatu delecto fontes vetustos ac sinceros identidem consecutatus est.

Halieutica sive de piscium natura libellum secundum apparatum criticum Haupti (Lipsiae, 1838) ita recensuit Sannazarii emendationes ab H. Schenkl congestas aliaque ad bonam frugem ducentia ex editione Vollmeri (Lipsiae, 1911) compararem. Opusculum transmisserunt codices duo :

A. Vindobonensis 277 olim Sannazarii, saeculo nono exaratus.

B. Parisinus 8071 olim Thuani, saeculo nono exeunte exaratus: de hoc libro, qui inter alia Catulli carmen lxii et Pervigilium Veneris continet, vide Baehrensii editionem alteram Catulli curante K. P. Schulze editam Lipsiae, 1893, p. lxvii.

Haec sunt fundamenta textus translaticia, supellex certe pervetusta, sed etsi post insignes Traubi curas (*Berl. phil. Woch.* 1896, p. 1050), qui Parisinum ex Vindobonensi fluxisse ostendit, totam rem criticam ad Vindobonensem solum revocari constet, propter codicis Parisini vetustatem testimonium eius suppressum nolui, praesertim cum, velut 5 *scurpius*, 62 *emiso*, 96 *elops*, veritatem repraesentet.

Halieutica, quae exstant, falso Ovidio ascripta esse nonnulli post Muretum probare conati sunt, in primis Theodorus Birt libello eruditissimo *De Halieuticis Ovidio poetae falso adscriptis* (Berolini, 1878), cuius argumenta Antonius Zingerle (*Klein. phil. Abhandlungen* ii, Oeniponte, 1877), Aemilius Baehrens (*Jenaer litt. Zeitg.* 1879, p. 252), F. Vollmer (*Rhein. Mus.* lv. 528) refellerunt. Plini (N. H. xxxii. 2 et 11) aucto-

PRAEFATIO

ris gravissimi testimonio, quod in calce apponendum curavi, fides Halieuticon satis vindicatur, neque est (N. Heinsii verbis utor) quod de auctore dubitemus. Quae de numeris inopportune cadentibus nuper exstitit quaestio (*Classical Quarterly*, i. 275 sqq.), ea in soloecismos duos prosodiacos, mori Ovidiano repugnantes, praesertim intenta est, ut scilicet littera *i* vocis ‘*pom-pile*’ (v. 101) producta, syllaba ‘*-as*’ in ultima vocis ‘*anthias*’ (v. 46) correpta reprehendantur. Sed reputanti poetam commercio loquendi cum piscatoribus Ponticae regionis imbutum vulgaris sermonis licentiam sibi ultro sumere facile potuisse, neutrubi mihi persuasit ista subtilitas ut libellum a Plinio affatim comprobatum Ovidio abiudicarem. Naso enim exsulans se ‘*Threicio Scythicoque fere ore circumsonari*’ (Trist. III. xiv. 47) testatus est ; itaque consuetam, opinor, scrupulositatem neglexit cum ad nomina trivialia vel intractabilia ventum est, eadem audacia, qua ipse aliquique poetae iustum numerorum modulationem pro re nata variari passi sunt ; de qua re alibi fusius nuper disputavi (*Classical Quarterly*, viii, 1914, p. 27). Ac vero in carmine piscatorio aegre praeteriri poterat anthias, cuius piscis apud Oppianum, Halieut. iii. 205, 215, 324, frequens mentio fit.

*Scribebam Oxoniis
Mense Ianuario MCMXIV*

TRISTIA

SIGLA

- Θ* = fragmenta Trevirensia, saec. x
L = Laurentianus, olim Marcianus 223, saec. xi
A = Marcianus Politiani hodie deperditus, saec. fortasse xi
G = Guelferbytanus Gud. 192, saec. xiii
H = Holkhamicus, saec. xiii
P = Palatinus (Vaticanus), saec. xv
V = Vaticanus 1606, saec. xiii
Γ = codicum *AGHPV* consensus
 ω = reliqui codices praeter *ΘLΓ* aut omnes aut permulti
 ς = reliquorum codicum praeter *ΘLΓ* nonnulli

TRISTIVM LIBER PRIMVS

I

PARVE (nec invideo) sine me, liber, ibis in urbem :
ei mihi, quod domino non licet ire tuo !
vade, sed incultus, qualem decet exulis esse :
infelix habitum temporis huius habe.

nec te purpureo velent vaccinia fuco : 5
non est conveniens luctibus ille color :
nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
candida nec nigra cornua fronte geras.

felices ornent haec instrumenta libellos :
fortunae memorem te decet esse meae. 10
nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
hirsutus sparsis ut videare comis.

neve liturarum pudeat. qui viderit illas,
de lacrimis factas sentiat esse meis.
vade, liber, verbisque meis loca grata saluta : 15
contingam certe quo licet illa pede.

siquis, ut in populo, nostri non inmemor illi,
siquis, qui, quid agam, forte requirat, erit :
vivere me dices, salvum tamen esse negabis :
id quoque, quod vivam, munus habere dei. 20
atque ita tu tacitus (quaerenti plura legendum)
ne, quae non opus est, forte loquare, cave.
protinus admonitus repetet mea crimina lector,
et peragat populi publicus ore reus.

I 2 quo Bobiensia apographa Fortunatiani Gramm. Lat. vi. 291,
17 Keil; cf. Ehwald, Symb. i. 1 12 passim AG (corr. G²) PV²
14 sentiet 5 17 illi GV²: illo AHP²: extat 5 18 requireret Γ
21-22 tu . . . cave Γω: te . . . dabitis 5 22 ne ω: et Γ quae Γ²
quod 5

1*

OVIDI NASONIS

ut non debetq; tactis contrahere cõca. 25
 causa permissio nec breva maior erit
 tuncq; absque, qd; ne suspicere ademptum
 carmina nec satis perlegat haec genit
 et tactus vobis, ne quis malis audire, operet.
 sic nra lento Caesare poena levis:
 tua quippe, quisquis erit ne sit miser illa precamus,
 pietatis misericordia qui voleret esse deos:
 querentes volent, rata sint, ablataque principis ira
 auditis in patriis det mihi posse mori
 ut peragam mandata, liber, capabere forsan 35
 ingeniique minor lande ferere mei.
 iudicis officium est ut res, ita tempora rerum
 querere. quaesito tempore tutus eris.
 carmina provenient animo deducta sereno:
 nubila sunt subitis tempora nostra malis. 40
 carmina secessum scribentis et otia quaerunt:
 me mare, me venti, me fera iactat hiems.
 carminibus metus omnis obest: ego perditus ensem
 haesurum iugulo iam puto iamque meo.
 haec quoque quod facio, iudex mirabitur aequus, 45
 scriptaque cum venia qualiacumque leget.
 da mihi Maconiden et tot circumspice casus,
 ingenium tantis excidet omne malis.
 denique securus famae, liber, ire memento,
 nec tibi sit lecto displicuisse pudor. 50
 non ita se nobis praebet Fortuna secundam.
 ut tibi sit ratio laudis habenda tuae.
 donec eram sospes, tituli tangebar amore,
 quaerendique mihi nominis ardor erat.
 carmina nunc si non studiumque, quod obsuit, odi, 55
 sit satis. ingenio sic fuga parta meo.

26 peior 5
abest *codd.*

31 ipse 5
45 quae 5

32 misero 5
47 circumice *Heinsius*

TRISTIVM LIBER I

tu tamen i pro me, tu, cui licet, aspice Romam :
 di facerent, possem nunc meus esse liber.
 nec te, quod venias magnam peregrinus in urbem,
 ignotum populo posse venire puta. 60
 ut titulo careas, ipso noscere colore :
 dissimulare velis, te liquet esse meum.
 clam tamen intrato, ne te mea carmina laedant :
 non sunt ut quandam plena favoris erant.
 si quis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum 65
 non putet, e gremio reiciatque suo,
 'inspic' dic 'titulum. non sum praceptor amoris ;
 quas meruit, poenas iam dedit illud opus.'
 forsitan expectes, an in alta Palatia missum
 scandere te iubeam Caesareamque domum. 70
 ignoscant augusta mihi loca dique locorum.
 venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
 esse quidem memini mitissima sedibus illis
 numina ; sed timeo qui nocuere deos.
 terretur minimo pennae stridore columba, 75
 unguis, accipiter, saucia facta tuis.
 nec procul a stabulis audet discedere, si qua
 excussa est avidi dentibus agna lupi.
 vitaret caelum Phaethon, si viveret, et quos
 optarat stulte, tangere nollet equos. 80
 me quoque, quae sensi, fateor Iovis arma timere :
 me reor infesto, cum tonat, igne peti.
 quicumque Argolica de classe Capharea fugit,
 semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
 et mea cumba semel vasta percussa procella 85
 illum, quo laesa est, horret adire locum.
 ergo cave, liber, et timida circumspice mente,
 ut satis a media sit tibi plebe legi.

57 tu tamen i Γ : i tamen et ω 88 ut] et Σ : an Σ

OVIDI NASONIS

dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, aequoreis nomina fecit aquis. 90
difficile est tamen hinc, remis utaris an aura,
dicere. consilium resque locusque dabunt.
si poteris vacuo tradi, si cuncta videbis
mitia, si vires fregerit ira suas :
siquis erit, qui te dubitantem et adire timentem 95
tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi.
luce bona dominoque tuo felicior ipso
pervenias illuc et mala nostra leves.
namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit
solus Achilleo tollere more potest. 100
tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto.
nam spes est animi nostra timore minor :
quaequae quiescebat, ne mota resaeviat ira,
et poenae tu sis altera causa, cave.
cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus, 105
contigerisque tuam, scrinia curva, domum,
aspicies illic positos ex ordine fratres,
quos studium cunctos evigilavit idem.
cetera turba palam titulos ostendet apertos,
et sua detecta nomina fronte geret ; 110
tres procul obscura latitantes parte videbis :
hi quia, quod nemo nescit, amare docent,
hos tu vel fugias, vel, si satis oris habebis,
Oedipodas facito Telegonosque voces.
deque tribus, moneo, si qua est tibi cura parentis, 115
ne quemquam, quamvis ipse docebit, ames.
sunt quoque mutatae, ter quinque volumina, formae,
nuper ab exequiis carmina rapta meis.

90 aequoreis nomina f aquis 5 ; cf. *Auson. Ep. xix* ‘audax Icaro qui fecit nomina ponto’ : aequoreas nomine fecit equas 1 : Icarias nomine fecit aquas 20 115 hi quia *Vogel* : hi qui *GV* : hi quoque *AHPω Bentley, Madvig*

TRISTIVM LIBER I

his mando dicas, inter mutata referri
 fortunae vultum corpora posse meae. 120
 namque ea dissimilis subito est effecta priori,
 fliendaque nunc, aliquo tempore laeta fuit.
 plura quidem mandare tibi, si quaeris, habebam :
 sed vereor tardae causa fuisse viae.
 et si quae subeunt, tecum, liber, omnia ferres, 125
 sarcina laturo magna futurus eras.
 longa via est, propera : nobis habitabitur orbis
 ultimus, a terra terra remota mea.

II

Di maris et caeli (quid enim nisi vota supersunt?)
 solvere quassatae parcite membra ratis,
 neve, precor, magni subscribite Caesaris irae :
 saepe premente deo fert deus alter opem.
 Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo : 5
 aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
 oderat Aenean propior Saturnia Turno.
 ille tamen Veneris numine tutus erat.
 saepe ferox cautum petiit Neptunus Vlixem :
 eripuit patruo saepe Minerva suo. 10
 et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,
 quis vetat irato numen adesse deo?
 verba miser frustra non proficiantia perdo.
 ipsa graves spargunt ora loquentis aquae,
 terribilisque Notus iactat mea dicta, precesque 15
 ad quos mittuntur, non sinit ire deos.
 ergo idem venti, ne causa laedar in una,
 velaque nescioquo votaque nostra ferunt.
 me miserum, quanti montes volvuntur aquarum !
 iam iam tacturos sidera summa putes. 20

124 uiae *AGV*: morae *HPω*
 II 15 uerba 5

OVIDI NASONIS

quantae diducto subsidunt aequore valles !
 iam iam tacturas Tartara nigra putes.
quocumque aspicio, nihil est, nisi pontus et aer,
 fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
inter utrumque fremunt inmani murmure venti. 25
 nescit, cui domino pareat, unda maris.
nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu,
 nunc Zephyrus sero vespere missus adest,
nunc sicca gelidus Boreas bacchatur ab Arcto,
 nunc Notus adversa proelia fronte gerit. 30
rector in incerto est nec quid fugiatve petatve
 invenit : ambiguis ars stupet ipsa malis.
scilicet occidimus, nec spes est ulla salutis,
 dumque loquor, vultus obruit unda meos.
opprimet hanc animam fluctus, frustraque precanti 35
 ore necaturas accipiems aquas
at pia nil aliud quam me dolet exule coniunx :
 hoc unum nostri scitque gemitque mali.
nescit in immenso iactari corpora ponto,
 nescit agi ventis, nescit adesse necem. 40
o bene, quod non sum mecum descendere passus,
 ne mihi mors misero bis patienda foret !
at nunc ut peream, quoniam caret illa periclo,
 dimidia certe parte superstes ero.
ei mihi, quam celeri micuerunt nubila flamma ! 45
 quantus ab aetherio personat axe fragor !
nec levius tabulae laterum feriuntur ab undis,
 quam grave balistae moenia pulsat onus.
qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes :
 posterior nono est undecimoque prior. 50
nec letum timeo : genus est miserabile leti.
 demite naufragium, mors mihi munus erit.

25 turbine 5 29 gelidus sicca 5 41 o ω : di Γ ; cf. Mart.
xi. 53. 5; *Stat. Theb.* ii. 170

TRISTIVM LIBER I

est aliquid, fatove suo ferrove cadentem
 in solida moriens ponere corpus humo,
 et mandare suis aliqua, et sperare sepulcrum, 55
 et non aequoreis piscibus esse cibum.
 fingite me dignum tali nece, non ego solus
 hic vehor. inmeritos cur mea poena trahit?
 pro superi viridesque dei, quibus aequora curae,
 utraque iam vestras sistite turba minas : 60
 quamque dedit vitam mitissima Caesaris ira,
 hanc sinite infelix in loca iussa feram.
 si quoque, quam merui, poena me perdere vultis,
 culpa mea est ipso iudice morte minor.
 mittete me Stygias si iam voluisset in undas 65
 Caesar, in hoc vestra non eguisset ope.
 est illi nostri non invidiosa crux
 copia; quodque dedit, cum volet, ipse feret.
 vos modo, quos certe nullo, puto, crimine laesi,
 contenti nostris iam, precor, este malis. 70
 nec tamen, ut cuncti miserum servare velitis,
 quod perii, salvum iam caput esse potest.
 ut mare considat ventisque ferentibus utar,
 ut mihi parcatis, num minus exul ero.
 non ego divitias avidus sine fine parandi 75
 latum mutandis mercibus aequor aro:
 nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas,
 oppida non Asiae, non loca visa prius,
 non ut Alexandri claram delatus ad urbem
 delicias videam, Nile iocose, tuas. 80
 quod faciles opto ventos (quis credere possit?)
 Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

53 fatove...ferrove *Heinsius*: fatoque...ferroque *codd.* cadentem ζ : cadendum $\Gamma\omega$ 54 solida ζ : solita $\Gamma\omega$ 55 aliqua et ζ :
 aliquid (*om. et*) ζ : aliquid et $\Gamma\omega$ 63 quoque quam *AGHP*: quoque
 quia *V*: quoniā ω : quantam *Rappold* poenam... pendere ζ 65 in
 $\Gamma\omega$; cf. *Met.* iii. 272: ad ζ 77-78 post 80 posuit *Ehwald* 78 loca
 Γ : mihi ω 81 faciles *Heinsius*: facile est *codd.* possit *V* ζ :
 posset *GHP*.

OVIDI NASONIS

obligor, ut tangam Laevi fera litora Ponti ;
 quodque sit a patria tam fuga tarda, queror.
 nescioquo videam positos ut in orbe Tomitas, 85
 exilem facio per mea vota viam.
 seu me diligitis, tantos compescite fluctus,
 pronaque sint nostrae numina vestra rati ;
 seu magis odistis, iussae me advertite terrae :
 supplicii pars est in regione mei. 90
 ferte (quid hic facio?) rapidi mea carbasa venti :
 Ausonios fines cur mea vela volunt ?
 noluit hoc Caesar. quid, quem fugat ille, tenetis ?
 aspiciat vultus Pontica terra meos.
 et iubet et merui ; nec, quae damnaverit ille, 95
 crimina defendi fasque piumque puto.
 si tamen acta deos numquam mortalia fallunt,
 a culpa facinus scitis abesse mea.
 immo ita, si scitis, si me meus abstulit error,
 stultaque, non nobis mens scelerata fuit,
 quod licet et minimis, domui si favimus illi, 100
 si satis Augusti publica iussa mihi,
 hoc duce si dixi felicia saecula, proque
 Caesare tura piis Caesaribusque dedi,
 si fuit hic animus nobis, ita parcite divi :
 si minus, alta cadens obruat unda caput.
 fallor, an incipiunt gravidae vanescere nubes,
 victaque mutati frangitur unda maris ?
 non casu, vos sed sub condicione vocati,
 fallere quos non est, hanc mihi fertis opem. 110

83 Laeui . . . Ponti uerbuni solenne (δ Εὐθύνης Πόντος) ; cf. Eh-wald, Kr. B. p. 60 84 tam 5 : iam Γω 86 exul iens censor in The Athenaeum, 1890, p. 183 86 meu Canonicianus Lat. 1 : mori Γω
 92 uident 5 96 fasue piumue 5 99 post ita distinguatur ; cf. v.
 3. 53 100 mens nobis non ω 101 quod licet et G5 : quod licet
 e AHPVω : quamlibet e 5 104 piis Γ5 : pius 5 109 sed uos 5

TRISTIVM LIBER I

III

Cvm subit illius tristissima noctis imago,
qua mihi supremum tempus in urbe fuit,
cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui,
labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
iam prope lux aderat, qua me discedere Caesar 5
finibus extremae iusserat Ausoniae.
nec spatium nec mens fuerat satis apta parandi:
torpuerant longa pectora nostra mora.
non mihi servorum, comites non cura legendi,
non aptae profugo vestis opisve fuit. 10
non aliter stupui, quam qui Iovis ignibus ictus
vivit et est vitae nescius ipse suae.
ut tamen hanc animi nubem dolor ipse removit,
et tandem sensus convaluere mei,
alloquor extremum maestos abiturus amicos, 15
qui modo de multis unus et alter erat.
uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
imbre per indignas usque cadente genas.
nata procul Libycis aberat diversa sub oris,
nec poterat fati certior esse mei. 20
quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant,
formaque non taciti funeris intus erat.
femina virque meo, pueri quoque funere maerent,
inque domo lacrimas angulus omnis habet.
si licet exemplis in parvis grandibus uti, 25
haec facies Troiae, cum caperetur, erat.
iamque quiescebant voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos.
hanc ego suspiciens et ad hanc Capitolia cernens,
quae nostro frustra iuncta fuere Lari, 30

III 4 nunc $V\zeta$: tunc $AGHP\omega$ 5 qua ω : cum $AGHV$; cf. Enn.
Ann. 383 *Vahlen* 7 fuerat nec mens ζ 9 comitis ζ 16 erant ω
25 paruo $A\zeta$ 29 ad hanc Γ : ab hac ω

OVIDI NASONIS

‘numina vicinis habitantia sedibus,’ inquam,
‘iamque oculis numquam templa videnda meis,
dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,
este salutati tempus in omne mihi.
et quamquam sero clipeum post vulnera sumo, 35
attamen hanc odiis exonerare fugam,
caelestique viro, quis me deceperit error,
dicite, pro culpa ne scelus esse putet.
ut quod vos scitis, poenae quoque sentiat auctor,
placato possum non miser esse deo.’ 40
hac prece adoravi superos ego: pluribus uxor,
singulu medios impediente sonos.
illa etiam ante Lares passis adstrata capillis
contigit extinctos ore tremente focos,
multaque in adversos effudit verba Penates 45
pro deplorato non valitura viro.
iamque morae spatium nox praecipitata negabat,
versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
quid facerem? blando patriae retinebar amore:
ultima sed iussae nox erat illa fugae. 50
a! quotiens aliquo dixi properante ‘quid urges?
vel quo festinas ire, vel unde, vide.’
a! quotiens certam me sum mentitus habere
horam, propositae quae foret apta viae.
ter limen tetigi, ter sum revocatus, et ipse 55
indulgens animo pes mihi tardus erat.
saepe ‘vale’ dicto rursus sum multa locutus,
et quasi discedens oscula summa dedi.
saepe eadem mandata dedi meque ipse fefelli,
respiciens oculis pignora cara meis. 60
denique ‘quid propero? Scythia est, quo mittimur,’ inquam,
‘Roma relinquenda est. utraque iusta mora est.

43 lares *AHP* ω : aras *GV* ζ sparsis ω adstrata *G* ζ : attracta
HP ζ : attracta *V*: prostrata ω 44 aeternos *GHPV* 52 festines
 ζ ; sed uide *Ehwald ad Met.* x. 637

TRISTIVM LIBER I

uxor in aeternum vivo mihi viva negatur,
 et domus et fidiae dulcia membra domus,
 quosque ego dilexi fraterno more sodales,
 o mihi Thesea pectora iuncta fide! 65
 dum licet, amplectar : numquam fortasse licebit
 amplius. in lucro est quae datur hora mihi.
 nec mora, sermonis verba imperfecta relinquo,
 conplectens animo proxima quaeque meo. 70
 dum loquor et flemus, caelo nitidissimus alto,
 stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.
 divisor haud aliter, quam si mea membra relinquam,
 et pars abrumpi corpore visa suo est.
 sic doluit Mettus tunc cum in contraria versos 75
 ultores habuit proditionis equos.
 tum vero exoritur clamor gemitusque meorum,
 et feriunt maestae pectora nuda manus.
 tum vero coniunx umeris abeuntis inhaerens
 miscuit haec lacrimis tristia verba meis : 80
 ‘non potes avelli. simul hinc, simul ibimus :’ inquit,
 ‘te separar et coniunx exulis exul ero.
 et mihi facta via est, et me capit ultima tellus :
 accedam profugae sarcina parva rati.
 te iubet e patria discedere Caesaris ira, 85
 me pietas. pietas haec mihi Caesar erit.’
 talia temptabat, sicut temptaverat ante,
 vixque dedit victas utilitate manus.
 egredior, sive illud erat sine funere ferri,
 squalidus inmissis hirta per ora comis. 90
 illa dolore amens tenebris narratur obortis
 semianimis media procubuisse domo :
 utque resurrexit foedatis pulvere turpi
 crinibus et gelida membra levavit humo,

75 Mettus Salmasius: metius *codd.* *duo* : Priamus Γεω, *quod tuetur*
Ellis, Mélanges Boissier, p. 185 80 dicta Σ : suis Σ 85 a ω

OVIDI NASONIS

se modo, desertos modo complorasse Penates, 95
 nomen et erepti saepe vocasse viri,
 nec gemuisse minus, quam si nataeque virique
 vidisset structos corpus habere rogos,
 et voluisse mori, moriendo ponere sensus,
 respectuque tamen non periisse mei. 100
 vivat, et absentem, quoniam sic fata tulerunt,
 vivat ut auxilio sublevet usque suo.

IV

TINGITVR oceano custos Erymanthidos ursae,
 aequoreasque suo sidere turbat aquas.
 nos tamen Ionium non nostra findimus aequor
 sponte, sed audaces cogimur esse metu.
 me miserum ! quantis increscunt aequora ventis, 5
 erutaque ex imis fervet harena fretis.
 monte nec inferior prorae puppique recurvae
 insilit et pictos verberat unda deos.
 pinea texta sonant pulsu, stridore rudentes,
 ingemit et nostris ipsa carina malis. 10
 navita confessus gelidum pallore timorem,
 iam sequitur victus, non regit arte ratem.
 utque parum validus non proficientia rector
 cervicis rigidæ frena remittit equo,
 sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undæ, 15
 aurigam video vela dedisse rati.
 quod nisi mutatas emiserit Aeolus auras,
 in loca iam nobis non adeunda ferar.

*97 virique GHV : meumque A² : nataeue meumue S 102 ut
 Salmasius : et codd.*
 IV 5 increscunt A²GH^V : me crescent A : nigrescunt ω 6 fretis
 AG(?)HP : uadis Vω 7 puppiue GH : puppisue V 9 pulsu Roth-
 maler : pulsi codd. ; cf. Ehwald, Krit. Beiträge, p. 67 10 ad-
 gemit ω

TRISTIVM LIBER I

nam procul Illyriis laeva de parte relictis
 interdicta mihi cernitur Italia.

 desinat in vetitas quaequo contendere terras,
 et mecum magno pareat aura deo.
 dum loquor, et timeo pariter cupioque repelli,
 increpuit quantis viribus unda latus !
 parcite caerulei, vos parcite numina ponti,
 infestumque mihi sit satis esse Iovem.
 vos animam saevae fessam subducite morti,
 si modo, qui perii, non periisse potest.

20

25

V

O MIHI post ullos numquam memorande sodales,
 et cui praecipue sors mea visa sua est ;
 attonitum qui me, memini, carissime, primus
 ausus es alloquo sustinuisse tuo,
 qui mihi consilium vivendi mite dedisti,
 cum foret in misero pectore mortis amor.
 scis bene, cui dicam, positis pro nomine signis,
 officium nec te fallit, amice, tuum.
 haec mihi semper erunt imis infixa medullis,
 perpetuusque animae debitor huius ero :
 spiritus et vacuas prius hic tenuandus in auras
 ibit, et in tepido deseret ossa rogo,
 quam subeant animo meritorum oblivia nostro,
 et longa pietas excidat ista die.
 di tibi sint faciles, et opis nullius egentem
 fortunam praestent dissimilemque meae.

5

10

15

23 sic GH⁵: timeo cupio nimiumque V: cupio pariter timeoque
AP^ω 25 parcite numina Γ: saltem n. ω
 V i nullos umquam P Madvig, Ehwald, Symb. i, p. 9; sed cf. v.
 i. 67; Tibull. iii. 12. 9 2 et Γ: o ω 11 et GL: in HL²V
 hit A ω: hic tenuandus Γ⁵: hic euandus L: extenuandus 7 15 et
 opis Γ^ω sisui L unde tibi di Ehwald

OVIDI NASONIS

si tamen haec navis vento ferretur amico,
ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
si non infernas vivus adisset aquas. 20
ut foret exemplum veri Phoebus amoris,
fecerunt furiae, tristis Oresta, tuae.
si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
Hyrtacidae Nisi gloria nulla foret.
scilicet ut flavum spectatur in ignibus aurum,
tempore sic duro est inspicienda fides. 25
dum iuvat et vultu ridet Fortuna sereno,
indelibatas cuncta secuntur opes :
at simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
agminibus comitum qui modo cinctus erat. 30
atque haec, exemplis quondam collecta priorum,
nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
vix duo tresve mihi de tot superstes amici :
cetera Fortunae, non mea turba fuit.
quo magis, o pauci, rebus succurrite laesis,
et date naufragio litora tuta meo ; 35
neve metu falso nimium trepidate, timentes,
hac offendatur ne pietate deus.
saepe fidem adversis etiam laudavit in armis,
inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat. 40
causa mea est melior, qui non contraria fovi
arma, sed hanc merui simplicitate fugam.
invigiles igitur nostris pro casibus, oro
deminui siqua numinis ira potest.
scire meos casus siquis desiderat omnes,
plus, quam quod fieri res sinit, ille petit. 45
tot mala sum passus, quot in aethere sidera lucent
parvaque quot siccus corpora pulvis habet :

25 flauum *scripti*: saluum L: fuluum Γω
||||q||| nunc L

44 siqua Γω:

TRISTIVM LIBER I

multaque credibili tulimus maiora ratamque,
 quamvis acciderint, non habitura fidem. 50
 pars etiam quaedam mecum moriatur oportet,
 meque velim possit dissimulante tegi.
 si vox infragilis, pectus mihi firmius aere,
 pluraque cum linguis pluribus ora forent :
 non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
 materia vires exsuperante meas. 55
 pro duce Neritio docti mala nostra poetae
 scribete : Neritio nam mala plura tuli.
 ille brevi spatio multis erravit in annis
 inter Dulichias Iliacasque domos : 60
 nos freta sideribus totis distantia mensos
 sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.
 ille habuit fidamque manum sociosque fideles :
 me profugum comites deseruere mei.
 ille suam laetus patriam victorque petebat : 65
 a patria fugi victus et exul ego.
 nec mihi Dulichium domus est Ithaceve Samosve,
 poena quibus non est grandis abesse locis :
 sed quae de septem totum circumspicit orbem
 montibus, imperii Roma deumque locus. 70
 illi corpus erat durum patiensque laborum :
 invalidae vires ingenuaeque mihi.
 ille erat assidue saevis agitatus in armis :
 adsuetus studiis mollibus ipse fui.
 me deus oppressit, nullo mala nostra levante : 75
 bellatrix illi diva ferebat opem.
 cumque minor Iove sit tumidis qui regnat in undis,
 illum Neptuni, me Iovis ira premit.
 adde, quod illius pars maxima facta laborum,
 ponitur in nostris fabula nulla malis. 80

53 aere ȣ : heret L : esset Γω 62 sors tulit ȣ : detulit ΠΛȣ
 Sarmaticosque Λω : Sarmatis ora F detulit in Geticos sors lacri-
 mosa s. Vōgel 66 fugi Λȣ : fugio Γω 74 at suetus L

tempore passato esse cum le tentes
tempore di etat. tempore era tenuer:
et nunc emere tanta aliare memorem esse
in tempore esse possit et est.

T

Per intum tam et inde dicemus nomine
per intum hoc dicitur nomen in et
tentoribus quantum a noscere non possemus.
Signa nomen inservit non tempore vero.
et nea nomena retali teneat non nomen in et
nominis arbitrio ea non numeris nomine in et
a latere et nominis non sibi nec in illis
manefragi tabulas qui petere nec
itque ratae stimulante hinc mundusque mons
nominis dicitur nomen. 12
aut et stat ratae circus circumscriptio sequunt
sibi nomen positum remtere possit nomen.
in nea rescriptis retulit nomen uerborum
et nomen centurias. si patetere sunt.
hinc tunc per fortis virtus summovit amicos.
nella quibus recti gratia signa potest.
ergo quam niscerit. tam vero teste probans.
nisi aliquod pondus si modo testis haberet
non prohibitate tua prior est aut Hectoris uox.
aut nomes extincta Landamia vix.
13
in si Maenorum ostendit sortita fuisses.
Penelopae erat fama secunda tua?
sive tibi hoc datus. nullo pia facta magistra.
antiqua nostra maxes sunt tibi luce dati,

93 aut H. 15
94 1 aut Lyda 5. aut idem L: Lyde (om. est) Fes 2 clario PL
Hirze Michel. hattig null. amica L 6 est (i.e. esse) tui L
fuerit ut aut H. 15, unde ecce tui contex 23 nullo PL⁵: nulli
L null. magnaten 5; nulli Rhuwald, Symb. i, p. 9

TRISTIVM LIBER I

femina seu princeps omnes tibi culta per annos 25
 te docet exemplum coniugis esse bonae,
 adsimilemque sui longa adsuetudine fecit,
 grandia si parvis adsimulare licet.
 ei mihi, non magnas quod habent mea carmina vires,
 nostraque sunt meritis ora minora tuis, 30
 siquid et in nobis vivi fuit ante vigoris,
 extinctum longis occidit omne malis !
 prima locum sanctas heroidas inter haberet,
 prima bonis animi conspicerere tui.
 quantumcumque tamen paeconia nostra valebunt, 35
 carminibus vives tempus in omne meis.

VII

'Si quis habes nostris similes in imagine vultus,
 deme meis hederas, Bacchica certa, comis. . .
 ista decent laetos felicia signa poetas :
 temporibus non est apta corona meis.'
 hoc tibi dissimula, senti tamen, optime, dici, 5
 in dito qui me fersque refersque tuo,
 effigiemque meam fulvo complexus in auro
 cara relegati, quae potes, ora vides.
 quae quotiens spectas, subeat tibi dicere forsitan
 'quam procul a nobis Naso sodalis abest !'
 grata tua est pietas : sed carmina maior imago
 sunt mea, quae mando qualiacumque legas,
 carmina mutatas hominum dicentia formas,
 infelix domini quod fuga rupit opus.
 haec ego discedens, sicut bene multa meorum, 10
 ipse mea posui maestus in igne manu. 15

33, 34 post 22 transposuerunt Maehly, Ehwald 34 om. L
 VII a bahicia L (-chica L²) : bacia A⁵; uide Ehwald, Symb. i, p. 9
 11 cauta L (corr. L²) 14-20 hoc ordine ponit L 14, 17, 18, 19, 16.
 15, 20

OVIDI NASONIS

utque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias et melior matre fuisse soror,
sic ego non meritos mecum peritura libellos
imposui rapidis viscera nostra rogis : 20
vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus,
vel quod adhuc crescens et rude carmen erat.
quae quoniam non sunt penitus sublata, sed extant
(pluribus exemplis scripta fuisse reor),
nunc precor ut vivant et non ignava legentem 25
otia delectent admoneantque mei.
nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
nesciet his summam si quis abesse manum.
ablatum mediis opus est incudibus illud,
defuit et scriptis ultima lima meis. 30
et veniam pro laude peto, laudatus abunde,
non fastiditus si tibi, lector, ero.
hos quoque sex versus, in prima fronte libelli
si praeponendos esse putabis, habe :
' orba parente suo quicumque volumina tangis, 35
his saltem vestra detur in urbe locus.
quoque magis faveas, haec non sunt edita ab ipso,
sed quasi de domini funere rapta sui.
quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
emendaturus, si licuisset, eram.' 40

VIII

IN caput alta suum labentur ab aequore retro
flumina, conversis Solque recurret equis :
terra feret stellas, caelum findetur aratro,
unda dabit flamas, et dabit ignis aquas :
omnia naturae praepostera legibus ibunt, 5
parsque suum mundi nulla tenebit iter :

28 nesciat *AHPV* 33 primi *Heinsius*; sed *vide Schulse, Wochenschrift f. kl. Phil.* 1890, p. 577; cf. ii. 545 37 non haec sunt *Teo*

TRISTIVM LIBER I

omnia iam fient, fieri quae posse negabant,
 et nihil est, de quo non sit habenda fides.
 haec ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,
 laturum misero quem mihi rebar opem. 10
 tantane te, fallax, cepere oblia nostri,
 adflictumque fuit tantus adire timor,
 ut neque respiceres, nec solarere iacentem,
 dure, neque exequias prosequerere meas?
 illud amicitiae sanctum et venerabile nomen 15
 re tibi pro vili est sub pedibusque iacet?
 quid fuit, ingenti prostratum mole sodalem
 visere et alloquo parte levare tuo,
 inque meos si non lacrimam demittere casus,
 pauca tamen facto verba dolore pati, 20
 idque, quod ignoti faciunt, vel dicere saltem,
 et vocem populi publicaque ora sequi?
 denique lugubres vultus numquamque videndos
 cernere supremo dum licuitque die,
 dicendumque semel toto non amplius aevo 25
 accipere, et parili reddere voce 'vale'?
 at fecere alii nullo mihi foedere iuncti,
 et lacrimas animi signa dedere sui.
 quid, nisi convictu causisque valentibus essem
 temporis et longi vincitus amore tibi? 30
 quid, nisi tot lusus et tot mea seria nosses,
 tot nossem lusus seriaque ipse tua?
 quid, si dumtaxat Romae mihi cognitus essem,
 adscitus totiens in genus omne loci?

VIII 7 fiant *L* negabant cod. *Musei Britannici* 18384, quod dudum
conieceram: negabat *L*: negabit *L²*: negabam *Γω*: negauit *Riese*
 16 est add. *Riese* 18 alloquo . . . tuo *Leidensis* 177: alloquii . . .
 sui *L*: alloquii . . . tui *Γω*: adloquuis . . . tuis *Ehwald* 19 dimittere
Γω 20 pati (sscr. loqui) *L*: loqui *Γω* 21 uel dicere *Merkel*:
 uale dicere *cod.*, 25 simul *L* 30 uincitus 5: iunctus *Γω*
 33 om. *L* tibi cognitus essem 5 34 ioci *GV* 5

OVIDI NASONIS

cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos? 35
cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis?
non ego te genitum placida reor urbe Quirini,
urbe, meo quae iam non adeunda pede est,
sed scopulis, Ponti quos haec habet ora Sinistri,
inque feris Scythiae Sarmaticisque iugis: 40
et tua sunt silicis circum praecordia venae,
et rigidum ferri semina pectus habet:
quaeque tibi quandam tenero ducenda palato
plena dedit nutrix ubera, tigris erat:
aut mala nostra minus quam nunc aliena putares, 45
duritiaque mihi non agerere reus.
sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,
ut careant numeris tempora prima suis,
effice, peccati ne sim memor huius, et illo
officium laudem, quo queror, ore tuum. 50

IX

DETVR inoffenso vitae tibi tangere metam,
qui legis hoc nobis non inimicus opus:
atque utinam pro te possint mea vota valere,
quae pro me duros non tetigere deos!
donec eris sospes, multos numerabis amicos: 5
tempora si fuerint nubila, solus eris.
aspicis, ut veniant ad candida tecta columbae,
accipit nullas sordida turris aves.
horrea formicae tendunt ad inania numquam:
nullus ad amissas ibit amicus opes. 10
utque comes radios per solis euntibus umbra est,
cum latet hic pressus nubibus, illa fugit,

35 arios *Riese* 38 p. e.] mihi (*corr.* pede est) *L*, *unde* urbe mea,
quae iam non adeunda mihi *Ehwald* 41 silices... neue *L*: silices
. . . nati Γ 45 aut *GHPV*: haut *Loo*: at *A* nunc *LV*: non
AGHPω putasses Γ 48 prima malis *L*
IX 1 inoffenso *L*: inoffensae Γω 5 sospes *L*: felix Γω

TRISTIVM LIBER I

mobile sic sequitur Fortunae lumina vulgus :
 quae simul inducta nocte teguntur, abit.
 haec precor ut semper possint tibi falsa videri : 15
 sunt tamen eventu vera fatenda meo.
 dum stetimus, turbae quantum satis esset, habebat
 nota quidem sed non ambitiosa domus.
 at simul impulsa est, omnes timuere ruinam,
 cautaque communi terga dedere fugae. 20
 saeva neque admiror metuunt si fulmina, quorum
 ignibus adflari proxima quaeque solent.
 sed tamen in duris remanentein rebus amicum
 quamlibet inviso Caesar in hoste probat,
 nec solet irasci (neque enim moderatior alter) 25
 cum quis in adversis, siquid amat, amat.
 de comite Argolici postquam cognovit Orestae
 narratur Pyladen ipse probasse Thoas.
 quae fuit Actoridae cum magno semper Achille,
 laudari solita est Hectoris ore fides. 30
 quod pius ad Manes Theseus comes iret amico,
 Tartareum dicunt indoluisse deum.
 Euryali Nisi que fide tibi, Turne, relata
 credibile est lacrimis inmaduisse genas.
 est etiam miseris pietas, et in hoste probatur. 35
 ei mihi, quam paucos haec mea dicta movent !
 is status, haec rerum nunc est fortuna mearum,
 debeat ut lacrimis nullus adesse modus.
 at mea sunt, proprio quamvis maestissima casu,
 pectora processu facta serena tuo. 40
 hoc eventurum iam tunc, carissime, vidi,
 ferret adhuc ista cum minus aura ratem.

13 sequitur] quertr (sscr. ri) *L* 14 nocte *FL*(*supra lineam*)*5* :
 nube *5* 20 cunctaque *L**5* 24 quamlibet *5* : qualibet *L* : qualibet *Fω*
 27 Argolici *Heinsius* : argolico *codd.* Orestis *Parisinus* 8465 :
 orestes *L* 35 in miseris *5* 37 haec *om.* *L*, *add.* *L²* 40 pro-
 cessu *L* : pro sensu *Fω* 42 ista *L* : istam *Fω* cum minus *F**5* :
 communis *L* : cum minor *5*

OVIDI NASONIS

sive aliquod morum seu vitae labē carentis
est pretium, nemo pluris emendus erat :
sive per ingenuas aliquis caput extulit artes,
quaelibet eloquio fit bona causa tuo. 45

his ego commotus dixi tibi protinus ipsi
'scaena manet dotes grandis, amice, tuas.'
haec mihi non ovium fibrae tonitrusve sinistri,
linguave servatae pennave dixit avis : 50
augurium ratio est et coniectura futuri :
hac divinavi notitiamque tuli.
quaे quoniam vera est, tota tibi mente mihi que
gratulor, ingenium non latuisse tuum.
at nostrum tenebris utinam latuissest in imis ! 55
expedit studio lumen abesse meo.
utque tibi prosunt artes, facunde, severae,
dissimiles illis sic nocuere mihi.
vita tamen tibi nota mea est. scis artibus illis
auctoris mores abstinuisse sui : 60
scis vetus hoc iueni lusum mihi carmen, et istos,
ut non laudandos, sic tamen esse iocos.
ergo ut defendi nullo mea posse colore,
sic excusari crimina posse puto.
qua potes, excusa, nec amici desere causam : 65
qua bene coepisti, sic bene semper eas.

X

EST mihi sitque, precor, flavae tutela Minervae,
navis et a picta casside nomen habet.
sive opus est velis, minimam bene currit ad auram
sive opus est remo, remige carpit iter.
nec comites volucri contenta est vincere cursu,
occupat egressas quamlibet ante rates, 5

50 pinnaue L 53 uera est $L\omega$: rata sunt (*om.*, sunt *AGHP*) Γ
61 lusos m. earminis istos L 66 qua Γ ut uidetur ; cf. *Ehwald, Symb.*
i, p. 18 : quo $L^2\Gamma\omega$ bene . . . pede ζ : pede . . . bene ζ
X 6 quamlibet ante ζ : qualibet arte $\Gamma L\omega$

TRISTIVM LIBER I

et pariter fluctus ferit atque silentia longe
 aequora, nec saevis victa madescit aquis.
 illa, Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis,
 fida manet trepidae duxque comesque fugae, 10
 perque tot eventus et inquis concita ventis
 aequora Palladio numine tuta fuit.
 nunc quoque tuta, precor, vasti secet ostia Ponti,
 quasque petit, Getici litoris intret aquas.
 quae simul Aeoliae mare me deduxit in Helles,
 et longum tenui limite fecit iter, 15
 fleximus in laevum cursus, et ab Hectoris urbe
 venimus ad portus, Imbria terra, tuos.
 inde, levi vento Zerynthia litora nacta,
 Threiciam tetigit fessa carina Samon. 20
 saltus ab hac contra brevis est Tempyra petenti:
 hac dominum tenus est illa secuta suum.
 nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:
 Hellespontiacas illa re legit aquas,
 Dardaniamque petit, auctoris nomen habentem, 25
 et te ruricola, Lampsace, tuta deo,
 quodque per angustas vectae male virginis undas
 Seston Abydena separat urbe fretum,
 inque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,
 Cyzicon, Haemoniae nobile gentis opus, 30
 quaequa tenent Ponti Byzantia litora fauces:
 hic locus est gemini ianua vasta maris.
 haec, precor, evincat, propulsaque fortibus Austris
 transeat instabilis strenua Cyanæas

7 paritur *L*: patitur ζ ferit *AHPV*: fieri // / *it L*: fert *G*: fertque ω
 atque silentia *AG(?)LV*: atque assilientia *H*: assilientia *P ω* pariter
 f. fert atque silentia *Ehwald*: pariter f. fert ac salientia *Vogel* 8 uita
 (sscr. c) *L* icta fatiscit ζ ; cf. *Val. Flacc.* iv. 48 9 concita *L*
 11 om. *L*, add. *L²* 17 Actoris *A ζ* 21 contra *L $\Gamma\zeta$* : terra ω
 24 re legit *Bodleianus B. N. Rawl.* 107: reliquit *L $\Gamma\omega$* : reuicit *Ehwald*
 27 quodque ζ : quidque *L*: quaque *Gamma* 29 hincque *H ζ* 33
 flatibus austri *G ζ*

OVIDI NASONIS

Thyniacosque sinus, et ab his per Apollinis urbem 35
 arta sub Anchiali moenia tendat iter.
 inde Mesembriacos portus et Odeson et arces
 praetereat dictas nomine, Bacche, tuo,
 et quos Alcathoi memorant e moenibus ortos
 sedibus his profugos constituisse Larem. 40
 a quibus adveniat Miletida sospes ad urbem,
 offensi quo me detulit ira dei.
 haec si contigerint, meritae cadet agna Minervae:
 non facit ad nostras hostia maior opes.
 vos quoque, Tyndaridae, quos haec colit insula, fratres, 45
 mite precor duplici numen adesse viae.
 altera namque parat Symplegadas ire per artas,
 scindere Bistonias altera puppis aquas.
 vos facite ut ventos, loca cum diversa petamus,
 illa suos habeat, nec minus illa suos. 50

XI

LITTERA quaecumque est toto tibi lecta libello,
 est mihi sollicito tempore facta viae.
 aut haec me, gelido tremerem cum mense Decembri,
 scribentem mediis Hadria vidit aquis:
 aut, postquam bimarem cursu superavimus Isthmon, 5
 alteraque est nostrae sumpta carina fugae,
 quod facerem versus inter fera murmura ponti,
 Cycladas Aegaeas obstipuisse puto.
 ipse ego nunc miror tantis animique marisque
 fluctibus ingenium non cecidisse meum. 10

35 Thyniacosque *Merula*: thynantiosque *L*: thynatiosque *A*: tri-
 machiosque *V*: trinachiosque *G*: eniochiosque *H*: einochiosque *P*:
 similia ω 36 *arta* *Gothanus*: apta *L* σ : alta *G* ω : uecta *AHPV*
 findat σ 37 *Odeson* et *Merula*: opeson es *L*: Opeson et, opesonis,
 similia *cett. codd.* 39 e *L*: a *G* ω 41 a *G* ω : in *L* 42 detulit
 L: pertulit *H*: contulit *AGPV* ω : compulit σ 46 adesse *ALV*:
 adeste *cett.*
 XI 3 hanc σ 9 ego nunc *GL* ω : etenim $\Theta\sigma$; cf. *Ehwald, Symb.*
 ii, p. 7

TRISTIVM LIBER I

seu stupor huic studio sive est insania nomen,
 omnis ab hac cura cura levata mea est.
 saepe ego nimboris dubius iactabar ab Haedis,
 saepe minax Steropes sidere pontus erat,
 fuscabatque diem custos Atlantidos Vrsae, 15
 aut Hyadas seris hauserat Auster aquis :
 saepe maris pars intus erat ; tamen ipse trementi
 carmina ducebam qualiacumque manu.
 nunc quoque contenti stridunt Aquilone rudentes,
 inque modum tumuli concava surgit aqua. 20
 ipse gubernator tollens ad sidera palmas
 exposcit votis, inmemor artis, opem.
 quocumque aspexi, nihil est nisi mortis imago,
 quam dubia timeo mente timensque precor.
 attigero portum, portu terrebor ab ipso : 25
 plus habet infesta terra timoris aqua.
 nam simul insidiis hominum pelagique labore,
 et faciunt geminos ensis et unda metus.
 ille meo vereor ne speret sanguine praedam,
 haec titulum nostrae mortis habere velit. 30
 barbara pars laeva est avidaeque adsueta rapinae,
 quam crux et caedes bellaque semper habent.
 cumque sit hibernis agitatum fluctibus aequor,
 pectoris sunt ipso turbidiora mari.
 quo magis his debes ignoscere, candide lector,
 si spe sunt, ut sunt, inferiora tua. 35
 non haec in nostris, ut quondam, scripsimus hortis,
 nec, consuete, meum, lectule, corpus habes.

12 cura levata *inscriptio Gruteri* 637. 5, C. I. L. vi. 2. 9632; *cf. Rem.*
 170. 484, *Am.* i. 8. 80 mens relevata *codd.* 14 steropis sidera
 p. habent *L* 15 Atlantidos *Σ*: atlantidos *ΘL*: arimantidos *GHV*:
 erymanthidos *APω* 31 auidaenque *Σ*: auidae *LLΓω* (*in Θ deest*)
 adsueta rapinae *Haupt*: ad ethera penne *L*: substrata r. *Θ* (*man. a, in*
quo totus uersus abscissus) *GPΣ*: subtracta r. *H*: subtracta r. *AΣ*:
 subtracta r. *V* 37 scribimus *ΘΣ*

TRISTIVM LIBER I

iactor in indomito brumali luce profundo
ipsaque caeruleis charta feritur aquis.
improba pugnat hiems indignaturque quod ausim
scribere se rigidas incutiente minas.
vincat hiems hominem ; sed eodem tempore, quaeso,
ipse modum statuam carminis, illa sui.

40

LIBER SECUNDVS

QVID mihi vobiscum est, infelix cura, libelli,
ingenio perii qui miser ipse meo?
cur modo damnatas repeto, mea crimina, Musas?
an semel est poenam commeruisse parum?
carmina fecerunt, ut me cognoscere vellet
omine non fausto femina virque meo:
carmina fecerunt, ut me moresque notaret
iam demi iussa Caesar ab Arte meos.
deme mihi studium, vitae quoque crimina demes;
acceptum refero versibus esse nocens. 5
hoc pretium curae vigilatorumque laborum
cepimus: ingenio est poena reperta meo.
si saperem, doctas odissem iure sorores,
numina cultori perniciosa suo.
at nunc (tanta meo comes est insania morbo) 10
saxa malum refero rursus ad ista pedem:
scilicet ut victus repetit gladiator harenam,
et reddit in tumidas naufraga puppis aquas.
forsitan ut quondam Teuthrantia regna tenenti,
sic mihi res eadem vulnus opemque feret, 15
Musaque, quam movit, motam quoque leniet iram:
exorant magnos carmina saepe deos.

1-3 om. L, suppleuit L³ 3 carmina ΘΗΓ M.] causa Θ
5 uellent 5 7 notarent Θ(?)L 8 demi iussa ΘL, i. e. ipsius
Caesaris iussu e bibliothecis summota (Ehwald, Symb. ii. 10): demum
uisa Γ: pridem uisa aut inuise ω 9 uitam quoque carmine ΘL:
uitium quoque carmine Baehrens, probante Ehwald, Symb. ii. 10
11 curae ΘL (ut uidetur) 5: uitae L³ (in ras.) Γω 12 est om.
AGHV 16 ista Parisinus 7993 (Ehwald, Symb. i. 18): dita L:
icta ΘL³Γω 20 ferat L Bentley 21 quae 5 leniat 5 Bentley 8

OVIDI NASONIS

ipse quoque Ausonias Caesar matresque nurusque
carmina turrigerae dicere iussit Opi:
iusserat et Phoebo dici, quo tempore ludos 25
fecit, quos aetas aspicit una semel.
his precor exemplis tua nunc, mitissime Caesar,
fiat ab ingenio mollior ira meo.
illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo:
non adeo nostro fugit ab ore pudor. 30
sed nisi peccassem, quid tu concedere posses?
materiam veniae sors tibi nostra dedit.
si, quotiens peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit;
nunc ubi detonuit strepitique exterruit orbem, 35
purum discussis aera reddit aquis.
iure igitur genitorque deum rectorque vocatur,
iure capax mundus nil Iove maius habet.
tu quoque, cum patriae rector dicare paterque,
utere more dei nomen habentis idem. 40
idque facis, nec te quisquam moderatius umquam
inperii potuit frena tenere sui.
tu veniam parti superatae saepe dedisti,
non concessurus quam tibi victor erat.
divitiis etiam multos et honoribus auctos 45
vidi, qui tulerant in caput arma tuum;
quaequae dies bellum, belli tibi sustulit iram,
parsque simul templis utraque dona tulit;
utque tuus gaudet miles, quod vicerit hostem,
sic victum cur se gaudeat, hostis habet. 50
causa mea est melior, qui nec contraria dicor
arma nec hostiles esse secutus opes.
per mare, per terras, per tertia numina iuro,
per te praesentem conspicuumque deum,

35 nunc] hic 5

40 numen 5

49 qui *HPV* 5

TRISTIVM LIBER II

hunc animum favisse tibi, vir maxime, meque, 55
 qua sola potui, mente fuisse tuum.
 optavi, pteres caelestia sidera tarde,
 parsque fui turbae parva precantis idem,
 et pia tura dedi pro te, cumque omnibus unus
 ipse quoque adiui publica vota meis. 60
 quid referam libros, illos quoque, crimina nostra,
 mille locis plenos nominis esse tui?
 inspice maius opus, quod adhuc sine fine tenetur,
 in non credendos corpora versa modos :
 invenies vestri praeconia nominis illic, 65
 invenies animi pignora multa mei.
 non tua carminibus maior fit gloria, nec quo,
 ut maior fiat, crescere possit, habet.
 fama Iovi superest : tamen hunc sua facta referri
 et se materiam carminis esse iuvat, 70
 cumque Gigantei memorantur proelia belli,
 credibile est laetum laudibus esse suis.
 te celebrant alii, quanto decet ore, tuasque
 ingenio laudes uberiore canunt :
 sed tamen, ut fuso taurorum sanguine centum, 75
 sic capitur minimo turis honore deus.
 a, ferus et nobis crudelior omnibus hostis,
 delicias legit qui tibi cumque meas,
 carmina ne nostris quae te venerantia libris
 iudicio possint candidiore legi. 80
 esse sed irato quis te mihi posset amicus ?
 vix tunc ipse mihi non inimicus eram.
 cum coepit quassata domus subsidere, partes
 in proclinatas omne recumbit onus,

55 hunc animam *L* : hanc animam *S* 63 tenetur *L* : reliqui *Γω*
 69 super est *HL* ; sed of. iii. 9. 17 ; *Iuenal* xiii. 109 77 nimium
 crudelior *Gω* : nimium crudeliter *AHP* 79 ne . . . quae te *L* (*in quo*
te erasum suppleuit L³) *Γω* : nunc aut nam . . . quae te *S* : de . . .
 cum te *Merkel* : nam . . . quot te *Ehwald* : ne . . . te deuenerantia *Ellis*
 80 iudicio *G⁵* : iudicio *LHPV⁵*

OVIDI NASONIS

cunctaque fortuna rimam faciente dehiscunt, 85
 ipsa suoque eadem pondere tracta ruunt.
 ergo hominum quaesitum odium mihi carmine, quosque
 debuit, est vultus turba secuta tuos.
 at, memini, vitamque meam moresque probabas
 illo, quem dederas, praetereuntis equo : 90
 quod si non prodest et honesti gloria nulla
 redditur, at nullum crimen adeptus eram.
 nec male commissa est nobis fortuna rerorum
 lisque decem deciens inspicienda viris.
 res quoque privatas statui sine crimine iudex, 95
 deque mea fassa est pars quoque victa fide.
 me miserum ! potui, si non extrema nocerent,
 iudicio tutus non semel esse' tuo.
 ultima me perdunt, imoque sub aequore mergit
 incolumem totiens una procella ratem. 100
 nec mihi pars nocuit de gurgite parva, sed omnes
 pressere hoc fluctus oceanusque caput.
 cur aliquid vidi ? cur noxia lumina feci ?
 cur imprudenti cognita culpa mihi ?
 inscius Actaeon vidit sine veste Dianam : 105
 praeda fuit canibus non minus ille suis.
 scilicet in superis etiam fortuna luenda est,
 nec veniam laeso numine casus habet.
 illa nostra die, qua me malus abstulit error,
 parva quidem periit, sed sine labo domus : 110
 sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo
 clara nec ullius nobilitate minor,

85-86 del. Rouer et Heinsius 85 cumq; L : cumtaque G 86
 ipse L suoque eadem scripsi, Class. Quarterly viii. 23 : suo quodam
 L¹⁵ : suo quondam aut quaedam 5 87 quosque *Canonicianus*
Lat. 1 : quaque L¹⁶ 91-92 *Heinsio suspectos del. Bentley Ehwald.*
defendit Vogel 91 non quasi prodesset honesti g. n. L et honos
 et conieci 92 redditus est L : redditur et L³ erit L 94 lisque
Heinsius : usque L¹⁶ 109 namque L³⁵ 111-112 post 114
transposui in editione a. 1889, ordinem vulgatum recte defendit Vogel

TRISTIVM LIBER II

et neque divitiis nec paupertate notanda,
 unde sit in neutrum conspiciendus eques.
 sit quoque nostra domus vel censu parva vel ortu, 115
 ingenio certe non latet illa meo :
 quo videar quamvis nimium iuvenaliter usus,
 grande tamen toto nomen ab orbe fero ;
 turbaque doctorum Nasonem novit, et audet
 non fastiditis adnumerare viris. 120
 corruit haec igitur Musis accepta, sub uno
 sed non exiguo crimine lapsa domus :
 atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo laesi
 ematurerit Caesaris ira, queat.
 cuius in eventu poenae clementia tanta est, 125
 venerit ut nostro lenior illa metu.
 vita data est, citraque necem tua constitit ira,
 o princeps' parce viribus use tuis !
 insuper accedunt, te non adimente, paternae,
 tamquam vita parum muneris esset, opes. 130
 nec mea decreto damnasti facta senatus,
 nec mea selecto iudice iussa fuga est.
 tristibus inventus verbis (ita principe dignum)
 ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.
 adde quod edictum, quamvis immite minaxque, 135
 attamen in poenae nomine lene fuit :
 quippe relegatus, non exul, dico in illo,
 privaque fortunae sunt ibi verba meae.
 nulla quidem sano gravior mentisque potentii
 poena est, quam tanto displicuisse viro : 140
 sed solet interdum fieri placabile numen :
 nube solet pulsa candidus ire dies.

113 et *AGL^oPVω*: ut *LH* 115 sit ω *Vogel*: si *LV*: sic *AGHP*
 astu *L* 118 ab] in *Γ* 122 non] tamen *GPΓ* 126 uenerit ut *L*
Leidensis 177: ut fuerit *Γω* 138 priuaque *L*: paruaque *GHV*: par-
 caque *APω* ibi *Γ*: tibi *LGω*

OVIDI NASONIS

vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,
quae fuerat saevi fulmine tacta Iovis.
ipse licet sperare vetes, sperabimus usque ; 145
hoc unum fieri te prohibente potest.
spes mihi magna subit, cum te, mitissime princeps,
spes mihi, respicio cum mea facta, cedit.
ac veluti ventis agitantibus aera non est
aequalis rabies continuusque furor, 150
sed modo subsidunt intermissaque silescant,
vimque putes illos deposuisse suam :
sic abeunt redeuntque mei variantque timores,
et spem placandi dantque negantque tui.
per superos igitur, qui dant tibi longa dabuntque 155
tempora, Romanum si modo nomen amant ;
per patriam, quae te tuta et secura parente est,
cuius, ut in populo, pars ego nuper eram ;
sic tibi, quem semper factis animoque mereris,
reddatur gratae debitus urbis amor ; 160
Livia sic tecum sociales compleat annos,
quae, nisi te, nullo coniuge digna fuit,
quae si non esset, caelebs te vita deceret,
nullaque, cui posses esse maritus, erat ;
sospite sit tecum natus quoque sospes, et olim 165
inperium regat hoc cum seniore senex ;
ut faciuntque tui, sidus iuvenale, nepotes,
per tua perque sui facta parentis eant ;
sic adsueta tuis semper Victoria castris
nunc quoque se praestet notaque signa petat, 170
Ausoniumque ducem solitis circumvolet alis,
ponat et in nitida laurea serta coma,
per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,
auspicium cui das grande deosque tuos,

144 saeuo 5 145 sperauimus L usque Heinsius: utque L :
atque L³Γω 149 aere L : aequora 5 160 honor P5 161 im-
pleat 5 165 sit tecum Leidensis 191 : si (sic L³) tecum L : sic te sit
Γω 167 faciantque 5 iuuenale HL : iuvenile cett.

TRISTIVM LIBER II

- dimidioque tui praesens es et aspicis urbem, 175
 dimidio procul es saeque bella geris ;
 hic tibi sic redeat superato vitor ab hoste,
 inque coronatis fulgeat altus equis :
 parce, precor, fulmenque tuum, fera tela, reconde,
 heu nimium misero cognita tela mihi ! 180
 parce, pater patriae, nec nominis inmemor huius
 olim placandi spem mihi tolle tui.
 non precor ut redeam, quamvis maiora petitis
 credibile est magnos saepe dedisse deos :
 mitius exilium si das propiusque roganti,
 pars erit ex poena magna levata mea. 185
 ultima perpetior medios eiectus in hostes,
 nec quisquam patria longius exul abest.
 solus ad egressus missus septemplicis Histri
 Parrhasiae gelido virginis axe premor. 190
 Ciziges et Colchi Tereteaque turba Getaeque
 Danuvii mediis vix prohibentur aquis ;
 cumque alii causa tibi sint graviore fugati,
 ulterior nulli, quam mihi, terra data est.
 longius hac nihil est, nisi tantum frigus et hostes, 195
 et maris adstricto quae coit unda gelu.
 hactenus Euxini pars est Romana Sinistri :
 proxima Bastarnae Sauromataeque tenent.
 haec est Ausonio sub iure novissima, vixque
 haeret in imperii margine terra tui. 200
 unde precor supplex ut nos in tuta releges,
 ne sit cum patria pax quoque adempta mihi,

175 es et aspicis ♂ : et respicis *AHL*ω : es respicis *GPV* 186
 parua *L* 187 projectus ♂ 191-192 scite defendit *Vogel* : damnant *Schrader*, *Merkel*, *Ehwald*, post 200 *Riese*, post 196 *C. Schenkl*, post 198 *ego posueram* 191 Ciziges *L*; cf. *Plin. N. H.* vi. 19 'Tanain amnem incolunt . . . Cizici' : Latiges *G*: Zizices *HP*: Zaziges *V*: Iazyges ω Tereteaque *Ellis*, *Hermath.* xvi. 193; cf. *Plin. N. H.* vi. 17 : metereaque *codd.* : Tibarenaque *coniceram* 198 Bastarnae ♂ : bis ternas *L* : basternae Γω 200 haesit ♂

OVIDI NASONIS

ne timeam gentes, quas non bene summovet Hister,
neve tuus possim civis ab hoste capi.
fas prohibet Latio quemquam de sanguine natum 205
Caesaribus salvis barbara vincla pati.
perdiderint cum me duo crimina, carmen et error,
alterius facti culpa silenda mihi :
nam non sum tanti, renovem ut tua vulnera, Caesar,
quem nimio plus est indoluisse semel. 210
altera pars superest, qua turpi carmine factus
arguor obsceni doctor adulterii.
fas ergo est aliqua caelestia pectora falli,
et sunt notitia multa minora tua ;
utque deos caelumque simul sublime tuenti 215
non vacat exiguis rebus adesse Iovi,
de te pendentem sic dum circumspicis orbem,
effugiunt curas inferiora tuas.
scilicet imperii princeps statione relicta
inparibus legeres carmina facta modis ? 220
non ea te moles Romani nominis urget,
inque tuis umeris tam leve fertur onus,
lusibus ut possis advertere numen ineptis,
excutiasque oculis otia nostra tuis.
nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda, 225
Raetica nunc praebent Thraciaque arma metum,
nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcus
Parthus eques timida captaque signa manu,
nunc te prole tua iuvenem Germania sentit,
bellaque pro magno Caesare Caesar obit. 230
denique, ut in tanto, quantum non extitit umquam,
corpore pars nulla est, quae labet, imperii,
urbs quoque te et legum lassat tutela tuarum
et morum, similes quos cupis esse tuis.

211 crimen laesus 5 217 de GIPV5 : a AG : sic L (sic quod
segitur praesumptio) : ex 5 223 lumen 5 230 obit ILPV :
habet AGw : agit 5 232 labat L

TRISTIVM LIBER II

non tibi contingunt, quae gentibus otia praestas, 235
 bellaque cum multis inquieta geris.
 mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum
 te numquam nostros evoluisse iocos?
 at si, quod mallem, vacuum tibi forte fuisset,
 nullum legisses crimen in Arte mea. 240
 illa quidem fateor frontis non esse severae
 scripta, nec a tanto principe digna legi:
 non tamen idcirco legum contraria iussis
 sunt ea Romanas erudiuntque nurus.
 neve, quibus scribam, possis dubitare, libellos, 245
 quattuor hos versus e tribus unus habet:
 'este procul, vittae tenues, insigne pudoris,
 quaeque tegis medios instita longa pedes!
 nil nisi legitimum concessaque furta canemus,
 inque meo nullum carmine crimen erit.' 250
 ecquid ab hac omnes rigide summovimus Arte,
 quas stola contigi vittaque sumpta vetat?
 'at matrona potest alienis artibus uti,
 quoque trahat, quamvis non doceatur, habet.'
 nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni
 ad delinquendum doctorius esse potest. 255
 quodcumque attigerit siqua est studiosa sinistri,
 ad vitium mores instruet inde suos.
 sumpserit Annales (nihil est hirsutius illis)
 facta sit unde parens Ilia, nempe leget. 260
 sumpserit 'Aeneadum genetrix' ubi prima, requiret,
 Aeneadum genetrix unde sit alma Venus.
 persequar inferius, modo si licet ordine ferri,
 posse nocere animis carminis omne genus.

235 non *HL* : nec *AGHP*ω 237 miror *AL* 239 *vacuum*
 fortasse fuisset *L* : *vacuus* fortasse fuisseς *S* 245 *libellus* *A*
 249 nil nisi legitimum] nos uenerem tutam *V* ; cf. *A. A.* i. 33 251
 rigida *L* 254 quodque *G* ; *hoc probauit Ehwald, Symb.* ii. 19

OVIDI NASONIS

non tamen idcirco crimen liber omnis habebit : 265
nil prodest, quod non laedere possit idem.
igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
comparat, audaces instruit igne manus.
eripit interdum, modo dat medicina salutem,
quaeque iuvet, monstrat, quaeque sit herba nocens. 270
et latro et cautus praecingitur ense viator :
ille sed insidias, hic sibi portat opem.
discitur innocuas ut agat facundia causas :
protegit haec sontes, inmeritosque premit.
sic igitur carmen, recta si mente legatur, 275
constabit nulli posse nocere meum.
'at quasdam vitio.' quicumque hoc concipit, errat,
et nimium scriptis arrogat ille meis.
ut tamen hoc fatear, ludi quoque semina praebent
nequitiae: tolli tota theatra iube : 280
peccandi causam multis quam saepe dederunt,
Martia cum durum sternit harena solum.
tollatur Circus; non tuta licentia Circi est :
hic sedet ignoto iuncta puella viro.
cum quaedam spatientur in hoc, ut amator eodem 285
conveniat, quare porticus ulla patet?
quis locus est templis augustior? haec quoque vitet,
in culpam siqua est ingeniosa suam.
cum steterit Iovis aede, Iovis succurret in aede
quam multas matres fecerit ille deus. 290
proxima adoranti Iunonis templa subibit,
paelicibus multis hanc doluisse deam.
Pallade conspecta, natum de crimine virgo
sustulerit quare, quaeret, Erichthonium.

277 quasdam uicio L: quaedam uitia AG5: quasdam uitiat HV:
quisdam aut quaedam uitiat P 278 abrogat ω 281 multis
quam Riese: multi quam L: quam multis l'ω: mimi quam Ehwald
285 hac ω eadem PG

TRISTIVM LIBER II

venerit in magni templum, tua munera, Martis, 295
 stat Venus Vltori iuncta, vir ante fores.
 Isidis aede sedens, cur hanc Saturnia, quaeret,
 egerit Ionio Bosporioque mari?
 in Venerem Anchises, in Lunam Latmios heros,
 in Cererem Iasion, qui referatur, erit. 300
 omnia perversas possunt corrumpere mentes :
 stant tamen illa suis omnia tuta locis.
 et procul a scripta solis meretricibus Arte
 summovet ingenuas pagina prima manus.
 quae cumque erupit, qua non sinit ire sacerdos, 305
 protinus huic dempti criminis ipsa rea est.
 nec tamen est facinus versus evolvere mollis,
 multa licet castae non facienda legant.
 saepe supercilii nudas matrona severi
 et Veneris stantis ad genus omne videt. 310
 corpora Vestales oculi meretricia cernunt,
 nec domino poenae res ea causa fuit.
 at cur in nostra nimia est lascivia Musa,
 curve meus cuiquam suadet amare liber?
 nil nisi peccatum manifestaque culpa fatenda est: 315
 paenitet ingenii iudiciique mei.
 cur non Argolicis potius quae concidit armis
 vexata est iterum carmine Troia meo?
 cur tacui Thebas et vulnera mutua fratrum,
 et septem portas, sub duce quamque suo? 320
 nec mihi materiam bellatrix Roma negabat,
 et pius est patriae facta referre labor.
 denique cum meritis inpleveris omnia, Caesar,
 pars mihi de multis una canenda fuit,

296 uir L: uiro L³Tω 300 Iasion Σ: iason ΓLω: iasius Σ 303
 ab GHV: ad L 304 nurus Σ 305 irrumpit Σ quo Σ 306 huic
 Rothmaler: hinc Σ: haec ΓLω uetiti . . . acta r. e. Σ 315
 fatendum est GHPVΣ 319 mutua vulnera Γω; cf. Manil. iv. 83

OVIDI NASONIS

utque trahunt oculos radiania humina sois, 325
 traxissent animum sic tca facta meum.
 arguor inmerito. tenuis mihi campus aratur:
 illud erat magnae fertilitatis opus.
 non ideo debet pelago se credere, si qua
 audet in exiguo ludere cumba lacu. 330
 forsani (et hoc dubitem) numeris levioribus aptus
 sim satis, in parvos sufficiamque modos:
 at si me iubeas domitos Iovis igne Gigantas
 dicere, conantem debilitabit onus.
 divitis ingenii est inmania Caesaris acta
 condere, materia ne superetur opus. 335
 et tamen ausus eram. sed detractare videbar,
 quodque nefas, damno viribus esse tuis.
 ad leve rursus opus, iuvenalia carmina, veni,
 et falso movi pectus amore meum. 340
 non equidem vellem: sed me mea fata trahebant,
 inque meas poenas ingeniosus eram.
 ei mihi, quod didici! cur me docuere parentes,
 litteraque est oculos ulla morata meos?
 haec tibi me invisum lascivia fecit, ob Artes, 345
 quis ratus es vettos sollicitare toros,
 sed neque me nuptiae didicerunt furta magistro,
 quodque parum novit, nemo docere potest.
 sic ego delicias et mollia carmina feci,
 strinxerit ut nomen fabula nulla meum. 350
 nec quisquam est adeo media de plebe maritus,
 ut dubius vitio sit pater ille meu.
 crede mihi, distant mores a carmine nostro
 (vita verecunda est, Musa iocosa mea)
 magna que pars mendax operum est et facta meorum: 355
 plus sibi permisit compositore suo.

333 gigantes *codd.* 343 quod] quid *GLPV*: cur ♂ 346 quis *L*:
quas *I. T.*(qua *Ḡω*) sollicitasse ♂ 354 iocata *L* (*corr. L³*)

TRISTIVM LIBER II

nec liber indicium est animi, sed honesta voluntas :
 plurima mulcendis auribus apta feres.
 Accius esset atrox, conviva Terentius esset,
 essent pugnaces qui fera bella canunt. 360
 denique composui teneros non solus amores :
 composito poenas solus amore dedi.
 quid, nisi cum multo Venerem confundere vino,
 praecepit lyrici Teia Musa senis ?
 Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare, puellas ? 365
 tuta tamen Sappho, tutus et ille fuit.
 nec tibi, Battiae, nocuit, quod saepe legenti
 delicias versu fassus es ipse tuas.
 fabula iucundi nulla est sine amore Menandri,
 et solet hic pueris virginibusque legi. 370
 Ilias ipsa quid est aliud, nisi adultera, de qua
 inter amatorem pugna virumque fuit ?
 quid prius est illi flamma Briseidos, utque
 fecerit iratos rapta puella duces ?
 aut quid Odyssea est, nisi femina propter amorem, 375
 dum vir abest, multis una petita procis ?
 quis, nisi Maeonides, Venerem Martemque ligatos
 narrat in obsceno corpora prensa toro ?
 unde nisi indicio magni sciremus Homeri
 hospitis igne duas incaluisse deas ? 380
 omne genus scripti gravitate tragœdia vincit :
 haec quoque materiam semper amoris habet.
 numquid in Hippolyto, nisi caecae flamma novercae ?
 nobilis est Canace fratri amore sui.
 quid ? non Tantalides agitante Cupidine currus 385
 Pisaeam Phrygiis vexit eburnus equis ?

357 uoluptas *V* animi, sit honesta uoluptas *Postgate, disputauit de hoc loco Class. Review* ii. 181 358 fores *P* : feret *AG* : ferens *S* : refert *S* 373 illic *S* chryseidos *S* aut quae *ω* 378 pressa *L* 383 namquid *Fω* est add. post Hippolyto *GLV* post caecae *AHP*

OVIDI NASONIS

tingeret ut ferrum natorum sanguine mater,
 conitus a laeso fecit amore dolor.
 fecit amor subitas volucres cum paelice regem,
 quaequae suum luget nunc quoque mater Ityn.
 si non Aeropen frater sceleratus amasset,
 aversos Solis non legeremus equos.
 inpia nec tragicos tetigisset Scylla coturnos,
 ni patrium crinem desecuissest amor.
 qui legis Electran et egentem mentis Oresten,
 395 Aegisthi crimen Tyndaridosque legis.
 nam quid de tetrico referam domitore Chimaerae,
 quem leto fallax hospita paene dedit?
 quid loquar Hermionen, quid te, Schoeneia virgo,
 teque, Mycenaeo Phoebas amata duci?
 quid Danaen Danaesque nurum matremque Lyaei
 400 Haemonaque et noctes cui coiere duae?
 quid Peliae generum, quid Thesea, quive Pelasgum
 Iliacam tetigit de rate primus humum?
 huc Iole Pyrrhique parens, huc Herculis uxor,
 405 huc accedat Hylas Iliacusque puer.
 tempore deficiar, tragicos si persequar ignes,
 vixque meus capiet nomina nuda liber.
 est et in obscenos commixta tragodia risus,
 multaque praeteriti verba pudoris habet.
 nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,
 410 infregisse suis fortia facta modis.
 iunxit Aristides Milesia crimina secum,
 pulsus Aristides nec tamen urbe sua est.
 nec qui descripsit corrumpi semina matrum,
 415 Eubius, inpurae conditor historiae,

395 orestem $\Gamma L\zeta$ 397 num Riese 401 nurus ζ 402 cui
 . . . duea Rouer: quae (qui L) . . . duas $\Gamma L\omega$ 403 Peliae (peli L)
 generum $L\zeta$: generum peliae (pelagi GV) $\Gamma\omega$ quiue Genoueuensis:
 quisue L : quidue $\Gamma\omega$: quique Ehwald 404 de rate Γ : darete L :
 qui rate ω 406 Iliadesue A : iliadesque ζ 408 capiat ζ
 Heinius 409 commixta GHP; cf. Plaut. Amph. 59: commista L^3
 (in ras.) V : deflexa $A\omega$ 413 sextum Ellis: sexum Merkel

TRISTIVM LIBER II

nec qui composit nuper Sybaritica, fugit,
 nec qui concubitus non tacuere suos.
 suntque ea doctorum monumentis mixta virorum,
 muneribusque ducum publica facta patent. 420
 neve peregrinis tantum defendar ab armis,
 et Romanus habet multa iocosa liber.
 utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore,
 Ennius ingenio maximus, arte ruditis:
 explicat ut causas rapidi Lucretius ignis, 425
 casurumque triplex vaticinatur opus:
 sic sua lascivo cantata est saepe Catullo
 femina, cui falsum Lesbia nomen erat;
 nec contentus ea, multos vulgavit amores,
 in quibus ipse suum fassus adulterium est. 430
 par fuit exigui similisque licentia Calvi,
 detexit variis qui sua furta modis.
 Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser, 435
 et leve Cornufici parque Catonis opus. 436
 quid referam Ticidae, quid Memmi carmen, apud quos 433
 rebus adest nomen nominibusque pudor, 434
 et quorum libris modo dissimulata Perilla est,
 nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo?
 is quoque, Phasiacas Argon qui duxit in undas,
 non potuit Veneris furta tacere suae. 440
 nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi
 carmina. quis dubitet nomina tanta sequi?
 vertit Aristiden Sisenna, nec offuit illi,
 historiae turpis inseruisse iocos.
 non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo, 445
 sed linguam nimio non tenuisse mero.

417 sybaritida 5 418 quae 5 419 mixta A(?)^o Vogel: saxa
 L: texta GHPV: salua Ehwald 426 casurumque 5: causarumque
 L^o 427 furta 5: facta L^o 433-434 post 436 posuit Riese
 434 abest Rottendorf 436 Cornufici Ehwald, Philol. lxv. 459: cornufici coda. 437-438 deleuit Ehwald, Philol. lxv. 459, defendit
 Vogel; cf. Ellis, Hermath. vii. 19 437 Perilla est scripsi: per illos
 codd.: Perillae Itali

OVIDI NASONIS

credere iuranti durum putat esse Tibullus,
 sic etiam de se quod neget illa viro :
 fallere custodes idem docuisse fatetur,
 seque sua miserum nunc ait arte premi. 450
 saepe, velut gemmam dominae signumve probaret,
 per causam meminit se tetigisse manum,
 utque refert, digitis saepe est nutuque locutus,
 et tacitam mensae duxit in orbe notam ;
 et quibus e sucis abeat de corpore livor, 455
 impresso fieri qui solet ore, docet :
 denique ab incauto nimium petit ille marito,
 se quoque uti servet, peccet ut illa minus.
 scit, cui latretur, cum solus obambulet, ipsas
 cui totiens clausas excreet ante fores, 460
 multaque dat furti talis praecepta docetque
 qua nuptiae possint fallere ab arte viros.
 non fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus
 et placet, et iam te principe notus erat.
 invenies eadem blandi praecepta Properti : 465
 destrictus minima nec tamen ille nota est.
 his ego successi, quoniam praestantia candor
 nomina vivorum dissimulare iubet.
 non timui, fateor, ne, qua tot iere carinae,
 naufraga servatis omnibus una foret. 470
 sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes
 (hoc est ad nostros non leve crimen avos),
 quid valeant tali, quo possis plurima iactu
 figere, damnosos effugiasve canes,

449 custodes idem *Francius*; cf. *Tibull.* i. 2. 15 ; 6. 10 : custoden
 // L : custodem tandem *GHPL³V*: custodem demum ω: c.
 dominam *I. F. Gronouius* 451 signumque *HG* 459 ipsas
 scripsi; cf. *Tibull.* i. 5. 74 : ipsa *Bodleianus Auct. F.* i. 17 : ipse
 Γ'Lω 460 cui] qui *AΓ* : cur *Σ* 466 destrictus *L*:
 districtus ω 472 haec *G* 474 fingere *AGHPω* effugiasque
AHPΣ

TRISTIVM LIBER II

tessera quos habeat numeros, distante vocato 475
 mittere quo deceat, quo dare missa modo,
 discolor ut recto grassetur limite miles,
 cum medius gemino calculus hoste perit,
 ut bellare sequens sciat et revocare priorem,
 nec tuto fugiens incomitatus eat ; 480
 parva sit ut ternis instructa tabella lapillis,
 in qua vicesse est continuasse suos ;
 qui que alii lusus (neque enim nunc persequar omnes)
 perdere, rem caram, tempora nostra solent.
 ecce canit formas alius iactusque pilarum, 485
 hic artem nandi praecipit, ille trochi,
 composita est aliis fucandi cura coloris ;
 hic epulis leges hospitioque dedit ;
 alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat,
 quaequae, docet, liquido testa sit apta mero. 490
 talia luduntur fumoso mense Decembri,
 quae damno nulli composuisse fuit.
 his ego deceptus non tristia carmina feci,
 sed tristis nostros poena secuta iocos.
 denique nec video tot de scribentibus unum, 495
 quem sua perdiderit Musa, repertus ego.
 quid, si scripsisse mimos obscena iocantes,
 qui semper vetiti crimen amoris habent :
 in quibus assidue cultus procedit adulter,
 verbaque dat stulto callida nupta viro ? 500
 nubilis hos virgo matronaque virque puerque
 spectat, et ex magna parte senatus adest.

475 quot numeros habeat ζ 479 bellare *Vogel* ; cf. A. A. iii. 359 :
 mare uelle L : male uelle GV : mage uelle AHP ω : uallare censor qui-
 dam, *The Athenaeum*, 1890, p. 183 483 sequi ω : par uelle sequi Ellis : ut
 Martemue sequens cieat reuocetue p. Ehwald 481 sit ut ternis
 Ehwald : sed uternis L : sed (sel V) internis GHL³V : sed interius P :
 sedet ternis ω 487 fucandi GV : fuscandi LAHP ω 495 non ζ
 de tot ω unus L (corr. L³) deque, nec inuideo, tot idem scriben-
 tibus unus Housman 498 uetiti ζ : uicti GHL³V : iunctum A :
 facti ζ : iuncti ζ 501 hoc GHLV : hic A

OVIDI NASONIS

nec satis incestis temerari vocibus aures ;
adsuescunt oculi multa pudenda pati :
cumque fefellit amans aliqua novitate maritum 505
plauditur et magno palma favore datur ;
quoque minus prodest, scaena est lucrosa poetae,
tantaque non parvo crimina praetor emit.
inspice ludorum sumptus, Auguste, tuorum :
empta tibi magno talia multa leges. 510
haec tu spectasti spectandaque saepe dedisti
(maiestas adeo comis ubique tua est)
luminibusque tuis, totus quibus utitur orbis,
scaenica vidisti lentus adulteria.
scribere si fas est imitantes turpia mimos, 515
materiae minor est debita poena meae.
an genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum,
quodque licet, mimis scaena licere dedit ?
et mea sunt populo saltata poemata saepe,
saepe oculos etiam detinere tuos. 520
scilicet in domibus nostris ut prisca virorum
artificis fulgent corpora picta manu,
sic quae concubitus varios Venerisque figuras
exprimat, est aliquo parva tabella loco :
utque sedet vultu fassus Telamonius iram, 525
inque oculis facinus barbara mater habet,
sic madidos siccat digitis Venus uda capillos,
et modo maternis tecta videtur aquis.
bella sonant alii telis instructa cruentis,
parsque tui generis, pars tua facta canunt. 530
invida me spatio natura coercuit arto,
ingenio vires exiguaeque dedit

507 quoque L : quodque $\Gamma\omega$ scaena *Heumann* poena *codd.*
quaequa mihi poenae est, res est l. p. *Vogel* 513 utimur ζ 514
laetus ζ 518 libet ζ 521 nostris ζ : uestris $\Gamma\Lambda\omega$
522 artifici *AGHPS* 530 canit *G\bar{P}V\zeta*

TRISTIVM LIBER II

et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
 contulit in Tyrios arma virumque toros,
 nec legitur pars ulla magis de corpore toto, 535
 quam non legitimo foedere iunctus amor.
 Phyllidis hic idem teneraeque Amaryllidis ignes
 bucolicis iuvenis luserat ante modis.
 nos quoque iam pridem scripto peccavimus isto :
 supplicium patitur non nova culpa novum ; 540
 carminaque edideram, cum te delicta notantem
 praeteriit totiens inreprehensus eques.
 ergo quae iuvenis mihi non nocitura putavi
 scripta parum prudens, nunc nocuere seni.
 sera redundavit veteris vindicta libelli, 545
 distat et a meriti tempore poena sui.
 ne tamen omne meum credas opus esse remissum,
 saepe dedi nostrae grandia vela rati.
 sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos,
 cumque suo finem mense volumen habet, 550
 idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar,
 et tibi sacratum sors mea rupit opus ;
 et dedimus tragicis scriptum regale coturnis,
 quaeque gravis debet verba coturnus habet ;
 dictaque sunt nobis, quamvis manus ultima coeptis 555
 defuit, in facies corpora versa novas.
 atque utinam revoces animum paulisper ab ira,
 et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi,
 pauca, quibus prima surgens ab origine mundi
 in tua deduxi tempora, Caesar, opus : 560
 aspicies, quantum dederis mihi pectoris ipse,
 quoque favore animi teque tuosque canam.
 non ego mordaci destinxri carmine quemquam,
 nec meus ullius crimina versus habet.

542 inreprehensus *H²* *Guelferb.* *Extr.* 76, 3 : inquietus *FL^ω* :
 inreucatus *Bentley* 543 iuvenis *AL⁵* : iuueni *cell.* 550 volumen]
 libellus 5 555 coeptis *HP* : coepti *L* : coepto *AGV^ω*

TRISTIVM LIBER II

candidus a salibus suffusis felle refugi : 565
 nulla venenato littera mixta ioco est.
inter tot populi, tot scriptis, milia nostri,
 quem mea Calliope laeserit, unus ero.
non igitur nostris ullum gaudere Quiritem
 auguror, at multos indoluisse malis ; 570
nec mihi credibile est, quemquam insultasse iacenti,
 gratia candori si qua relata meo est.
his, precor, atque aliis possint tua numina flecti,
 o pater, o patriae cura salusque tuae !
non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim, 575
 cum longo poenae tempore victus eris,
tutius exilium pauloque quietius oro,
 ut par delicto sit mea poena suo.

567 scripti Γω

LIBER TERTIVS

I

‘ Missvs in hanc venio timide liber exulis urbem :
da placidam fesso, lector amice, manum ;
neve reformida, ne sim tibi forte pudori :
nullus in hac charta versus amare docet.
haec domini fortuna mei est, ut debeat illam
infelix nullis dissimulare iocis.

id quoque, quod viridi quandam male lusit in aevo,
heu nimium sero damnat et odit opus.

inspicie quid portem : nihil hic nisi triste videbis,
carmine temporibus conveniente suis.

clauda quod alterno subsidunt carmina versu,
vel pedis hoc ratio, vel via longa facit ;

quod neque sum cedro flavus nec pumice levis,
erubui domino cultior esse meo ;

littera suffusas quod habet maculosa lituras,
laesit opus lacrimis ipse poeta suum.

siqua videbuntur casu non dicta Latine,
in qua scribebat, barbara terra fuit.

dicite, lectores, si non grave, qua sit eundum,
quasque petam sedes hospes in urbe liber.’

haec ubi sum furtim lingua titubante locutus,
qui mihi monstraret, vix fuit unus, iter.

‘di tibi dent, nostro quod non tribuere poetae,
molliter in patria vivere posse tua.

duc age, namque sequar, quamvis terraque marique
longinquuo referam lassus ab orbe pedem.’

I 13 fluus L : fuluus *GHL³PV*

141•8

5

10

15

20

25

5

OVIDI NASONIS

paruit, et ducens 'haec sunt fora Caesaris,' inquit,
 'haec est a sacris quae via nomen habet,
 hic locus est Vestae, qui Pallada servat et ignem,
 haec fuit antiqui regia parva Numae.' 30
 inde petens dextram 'porta est' ait 'ista Palati,
 hic Stator, hoc primum condita Roma loco est.'
 singula dum miror, video fulgentibus armis
 conspicuos postes tectaque digna deo.
 'et Iovis haec' dixi 'domus est?' quod ut esse putarem,
 augurium menti querna corona dabat. 36
 cuius ut accepi dominum, 'non fallimur,' inquam,
 'et magni verum est hanc Iovis esse domum.
 cur tamen opposita velatur ianua lauro,
 cingit et augustas arbor opaca comas ? 40
 num quia perpetuos meruit domus ista triumphos,
 an quia Leucadio semper amata deo est ?
 ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa ?
 quam tribuit terris, pacis an ista nota est ?
 utque viret semper laurus nec fronde caduca 45
 carpitur, aeternum sic habet illa decus ?
 causa superpositae scripto est testata coronae :
 servatos civis indicat huius ope.
 adice servatis unum, pater optime, civem,
 qui procul extremo pulsus in orbe latet, 50
 in quo poenarum, quas se meruisse fatetur,
 non facinus causam, sed suus error habet.
 me miserum ! vereorque locum vereorque potentem,
 et quatitur trepido littera nostra metu.
 aspicis exsangui chartam pallere colore ? 55
 aspicis alternos intremuisse pedes ?

30 hic *G* 32 Stator *S* : sator *ΓLω* 39 apposita *GHPVΣ*
 47 super positas *L* : super posito *V* est *H. om. cett. codd.* : post
 corona suo *Marte* est addidit *Ehwald krit. Beiträge*, p. 73 testata
ΓS : testante *Lω* 48 ciuis ex inscriptionibus reduxit *Ehwald* : ciues
codd. 54 rapido *ΓL*

TRISTIVM LIBER III

quandocumque, precor, nostro placere parenti
 isdem et sub dominis aspiciare domus !⁵⁷
 inde tenore pari gradibus sublimia celsis
 ducor ad intonsi candida templa dei,⁶⁰
 signa peregrinis ubi sunt alterna columnis,
 Belides et stricto barbarus ense pater,
 quaeque viri docto veteres cepere novique
 pectore, lecturis inspicienda patent.
 quaerebam fratres, exceptis scilicet illis,⁶⁵
 quos suus optaret non genuisse pater.
 quaerentem frustra custos e sedibus illis
 praepositus sancto iussit abire loco.
 altera templa peto, vicino iuncta theatro :
 haec quoque erant pedibus non adeunda meis.⁷⁰
 nec me, quae doctis patuerunt prima libellis,
 atria Libertas tangere passa sua est.
 in genus auctoris miseri fortuna redundat,
 et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.
 forsitan et nobis olim minus asper et illi
 evictus longo tempore Caesar erit.⁷⁵
 di, precor, atque adeo (neque enim mihi turba roganda est)
 Caesar, ades voto, maxime dive, meo.
 interea, quoniam statio mihi publica clausa est,
 privato liceat delituisse loco.⁸⁰
 vos quoque, si fas est, confusa pudore repulsae
 sumite plebeiae carmina nostra manus.

II

ERGO erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
 quaeque Lycaonio terra sub axe iacet :
 nec vos, Pierides, nec stirps Letoia, vestro
 docta sacerdoti turba tulistis opem.

57 placare *AG* : placata *5* 58 et add. *Ehwald*, om. *codd.*
 63 coepere *G* : cecinere *Dresdensis* : peperere *Ellis* 66 parens *5*
 76 et iuctus *L*
 II 3 letoia *HL* : latonia *AGPV* *ω* 5*

OVIDI NASONIS

nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest,
quodque magis vita Musa iocata mea est : 5
plurima sed pelago terraque pericula passum
ustus ab assiduo frigore Pontus habet.
quiique, fugax rerum securaque in otia natus,
mollis et impatiens ante laboris eram,
ultima nunc patior, nec me mare portubus orbum
perdere, diversae nec potuere viae ; 10
sufficit atque malis animus ; nam corpus ab illo
accepit vires, vixque ferenda tulit.
dum tamen et terris dubius iactabar et undis,
fallebat curas aegraque corda labor : 15
ut via finita est et opus requievit eundi,
et poenae tellus est mihi tacta meae,
nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber
lumine, de verna quam nive manat aqua. 20
Roma domusque subit desideriumque locorum,
quicquid et amissa restat in urbe mei.
ei mihi, quo totiens nostri pulsata sepulcri
ianua, sed nullo tempore aperta fuit ?
cur ego tot gladios fugi totiensque minata 25
obruit infelix nulla procella caput ?
di, quos experior nimium constanter iniquos,
participes irae quos deus unus habet,
exstimate, precor, cessantia fata meique
interitus clausas esse vetate fores ! 30

III

HAEC mea si casu miraris epistula quare
alterius digitis scripta sit, aeger eram.
aeger in extremis ignoti partibus orbis,
incertusque meae paene salutis eram.

5 nec mihi si quid lusi *L*, unde nec siquid lusi *conieceram* *lro L:*
uestro *Ellis* 6 iocosa *AHω*; cf. ii. 354 13 sufficit atque *L*
Leidensis 177: sufficitque *Γω* 15 terris] uentis 5 23 quo *L*:
quod *Iω* 24 sub *ΓL*

TRISTIVM LIBER III

quem mihi nunc animum dira regione iacenti 5
 inter Sauromatas esse Getasque putas?
 nec caelum patior, nec aquis adsuevimus istis,
 terraque nescioquo non placet ipsa modo.
 non domus apta satis, non hic cibus utilis aegro, 10
 nullus, Apollinea qui levet arte malum,
 non qui soletur, non qui labentia tarde
 tempora narrando fallat, amicus adest.
 lassus in extremis iaceo populisque locisque,
 et subit adfecto nunc mihi, quicquid abest.
 omnia cum subeant, vincis tamen omnia, coniunx, 15
 et plus in nostro pectore parte tenes.
 te loquor absentem, te vox mea nominat unam;
 nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.
 quin etiam sic me dicunt aliena locutum,
 ut foret amenti nomen in ore tuum. 20
 si iam deficiam, subpressaque lingua palato
 vix instillato restituenda mero,
 nuntiet huc aliquis dominam venisse, resurgam,
 spesque tui nobis causa vigoris erit.
 ergo ego sum dubius vitae, tu forsitan istic 25
 iucundum nostri nescia tempus agis?
 non agis, adfirmo. liquet hoc, carissima, nobis,
 tempus agi sine me non nisi triste tibi.
 si tamen implevit mea sors, quos debuit, annos,
 et mihi vivendi tam cito finis adest, 30
 quantum erat, o magni, morituro parcere, divi,
 ut saltem patria contumularer humo?
 vel poena in tempus mortis dilata fuisse,
 vel praecepsisset mors properata fugam.
 integer hanc potui nuper bene reddere lucem; 35
 exul ut occiderem, nunc mihi vita data est.

III 13 externis AH

25 illic PS

35 lucem] uitam w

OVIDI NASONIS

 tam procul ignotis igitur moriemur in oris,
 et fient ipso tristia fata loco ;
 nec mea consueto languescent corpora lecto,
 depositum nec me qui float, ullus erit ; 40
 nec dominae lacrimis in nostra cadentibus ora
 accident animae tempora parva meae ;
 nec mandata dabo, nec cum clamore supremo
 labentes oculos condet amica manus ;
 sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri 45
 indeploratum barbara terra teget.
 ecquid, ubi audieris, tota turbabere mente,
 et feries pavida pectore fida manu ?
 ecquid, in has frustra tendens tua brachia partes,
 clamabis miseri nomen inane viri ? 50
 parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos :
 non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.
 cum patriam amisi, tunc me periisse putato :
 et prior et gravior mors fuit illa mihi.
 nunc, si forte potes (sed non potes, optima coniunx) 55
 finitis gaude tot mihi morte malis.
 quod potes, extenua forti mala corde ferendo,
 ad quae iampridem non rude pectus habes.
 atque utinam pereant animae cum corpore nostrae,
 effugiatque avidos pars mihi nulla rogos. 60
 nam si morte carens vacua volat altus in aura
 spiritus, et Samii sunt rata dicta senis,
 inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras,
 perque feros Manes hospita semper erit.
 ossa tamen facito parva referantur in urna : 65
 sic ego non etiam mortuus exul ero.
 non vetat hoc quisquam : fratrem Thebana peremptum
 supposuit tumulo rege vetante soror.

39 languescent *AGHLS* 60 mihi *L Leid.* 177: mea *Γω*
61 uacuam . . . auram *ΑΓ*: uacuas . . . auras *Ϛ* 63 umbra *GVΣ*

TRISTIVM LIBER III

atque ea cum foliis et amomi pulvere misce,
 inque suburbano condita pone solo ; 70
 quosque legat versus oculo properante viator,
 grandibus in tituli marmore caede notis :
 HIC · EGO · QVI · IACEO · TENERORVM · LVSOR · AMORVM
 INGENIO · PERII · NASO · POETA · MEO
 AT · TIBI · QVI · TRANSIS · NE · SIT · GRAVE · QVISQVIS · AMASTI
 DICERE · NASONIS · MOLLITER · OSSA · CVBENT 76
 hoc satis in titulo est. etenim maiora libelli
 et diuturna magis sunt monumenta mihi,
 quos ego confido, quamvis nocuere, datus
 nomen et auctori tempora longa suo. 80
 tu tamen extincto feralia munera semper
 deque tuis lacrimis umida serta dato.
 quamvis in cineres corpus mutaverit ignis,
 sentiet officium maesta favilla pium.
 scribere plura libet : sed vox mihi fessa loquendo 85
 dictandi vires siccaque lingua negat.
 accipe supremo dictum mihi forsitan ore,
 quod, tibi qui mittit, non habet ipse, 'vale'?

IV

O MIHI care quidem semper, sed tempore duro
 cognite, res postquam procubuere meae :
 usibus edocto si quicquam credis amico,
 vive tibi et longe nomina magna fuge.
 vive tibi, quantumque potes praelustria vita : 5
 saevum praelustri fulmen ab arce venit.
 nam quamquam soli possunt prodesse potentes,
 non proosit potius, si quis obesse potest.

72 tituli *L*⁵ : tumuli *Γω* 77 tumulo *GV*⁵ 81 semper
*AHLP*⁵ : ferro *V* ; ferto *G*⁵ IV 7-8 delenit *Heinsius*, defendit *Vogel* 8 non potius prodest *HP*
 si quis obesse potest *AG²HL³P*⁵ : plurimum obesse potest *L* : plurimi-
 mum obesse solent *GV*⁵

OVIDI NASONIS

effugit hibernas demissa antemna procellas,
lataque plus parvis vela timoris habent.
aspicis, ut summa cortex levis innatet unda,
cum grave nexa simul retia mergat onus.
haec ego si monitor monitus prius ipse fuisse,
in qua debebam forsitan urbe forem.
dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat,
haec mea per placidas cumba cucurrit aquas.
qui cadit in plano (vix hoc tamen evenit ipsum)
sic cadit, ut tacta surgere possit humo.
at miser Elpenor tecto delapsus ab alto
occurrit regi debilis umbra suo.
quid fuit, ut tutas agitaret Daedalus alas,
Icarus immensas nomine signet aquas?
nempe quod hic alte, demissius ille volabat:
nam pennas ambo non habuere suas.
crede mihi, bene qui latuit bene vixit, et intra
fortunam debet quisque manere suam.
non foret Eumedes orbus, si filius eius
stultus Achilleos non adamasset equos:
nec natum in flamma vidisset, in arbore natas,
cepisset genitor si Phaethonta Merops.
tu quoque formida nimium sublimia semper,
propositique, precor, contrahe vela tui.
nam pede inoffenso spatium decurrere vitae
dignus es et fato candidiore frui.
quaes pro te ut voveam, miti pietate mereris
haesuraque fide tempus in omne mihi.
vidi ego te tali vultu mea fata gementem,
qualem credibile est ore fuisse meo.
nostra tuas vidi lacrimas super ora cadentes,
tempore quas uno fidaque verba bibi.

20 flebilis ζ 21 agitari *Heinsius* 22 icareas ζ 27 Eumedes
 ζ : eumenides $\Gamma L \zeta$ 36 fide . . . mihi L : mihi . . . fide $\Gamma \omega$

TRISTIVM LIBER III

nunc quoque summotum studio defendis amicum,
 et mala vix ulla parte levanda levas.
 vive sine invidia, mollesque inglorius annos
 exige, amicitias et tibi iunge pares,
 Nasonisque tui, quod adhuc non exulat unum, 45
 nomen ama : Scythicus cetera Pontus habet.

IV B

PROXIMA sideribus tellus Erymanthidos Vrsae
 me tenet, adstricto terra perusta gelu.
 Bosporos et Tanais superant Scythiaeque paludes 50
 vix satis et noti nomina pauca loci.
 ulterius nihil est nisi non habitabile frigus.
 heu quam vicina est ultima terra mihi !
 at longe patria est, longe carissima coniunx,
 quicquid et haec nobis post duo dulce fuit.
 sic tamen haec adsunt, ut quae contingere non est 55
 corpore: sunt animo cuncta videnda meo.
 ante oculos errant domus, urbsque et forma locorum,
 acceduntque suis singula facta locis.
 coniugis ante oculos, sicut praesentis, imago est.
 illa meos casus ingravat, illa levat : 60
 ingravat hoc, quod abest ; levat hoc, quod praestat amorem
 inpositumque sibi firma tuetur onus.
 vos quoque pectoribus nostris haeretis, amici,
 dicere quos cupio nomine quemque suo.
 sed timor officium cautus compescit, et ipsos 65
 in nostro poni carmine nolle puto.
 ante volebatis, gratique erat instar honoris,
 versibus in nostris nomina vestra legi.

IV B priori adiungunt *LΓω* 50 uix satis et *H*: u. satis est
ALP: uixque satis *GVω* 55 adsunt *L*: absunt *Γω* 56 sint *Γ*
 57 errant *LΣ* : errat *Γω* 58 acceduntque
 fora *Rothmaler*; sed cf. *Ehwald, krit. Beiträge*, p. 67 59 est *om. ΓLΣ* 67 amoris *Γω*
LPΣ : succeduntque *AGHVΣ* 59 est *om. ΓLΣ* 67 amoris *Γω*

OVIDI NASONIS

quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque
 alloquar, et nulli causa timoris ero. 70
nec meus indicio latitantes versus amicos
 protrahit. occulte si quis amabat, amet.
scite tamen, quamvis longe regione remotus
 absim, vos animo semper adesse meo.
et qua quisque potest, aliqua mala nostra levate,
 fidam projecto neve negate manum. 75
prospera sic maneat vobis fortuna, nec umquam
 contacti simili sorte rogetis idem.

V

Vs vs amicitiae tecum mihi parvus, ut illam
 non aegre posses dissimulare, fuit,
nec me complexus vincis proprioribus essem
 nave mea vento, forsitan, eunte suo.
ut cecidi cunctique metu fugere ruinam,
 versaque amicitiae terga dedere meae,
ausus es igne Iovis percussum tangere corpus
 et deploratae limen adire domus : 5
idque recens praestas nec longo cognitus usu,
 quod veterum misero vix duo tresve mihi. 10
vidi ego confusos vultus visosque notavi,
 osque madens fletu pallidiusque meo :
et lacrimas cernens in singula verba cadentes
 ore meo lacrimas, auribus illa bibi ;
brachiaque accepi presso pendentia collo,
 et singultatis oscula mixta sonis. 15
sum quoque, care, tuis defensus viribus absens
 (scis carum veri nominis esse loco),

⁷² protrahet HV̄ amabat L̄ : amauit ĪS 73 longe
defloratio Parisina 8069 : longa *codd.*
V 3 nec Laurentiani 36-33 man. sec., Bentley : ni ΓLω 15 presso
P̄ : presto L : maesto AGHVω 16 singulantis ΓL

TRISTIVM LIBER III

multaque praeterea manifestaque signa favoris
 pectoribus teneo non abitura meis. 20
 di tibi posse tuos tribuant defendere semper,
 quos in materia prosperiore iuves.
 si tamen interea, quid in his ego perditus oris
 (quod te credibile est quaerere) quaeris, agam :
 spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli, 25
 tristia leniri numina posse dei.
 seu temere expecto, sive id contingere fas est,
 tu mihi, quod cupio, fas, precor, esse proba,
 quaeque tibi linguae est facundia, confer in illud,
 ut doceas votum posse valere meum. 30
 quo quisque est maior, magis est placabilis irae,
 et faciles motus mens generosa capit.
 corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
 pugna suum finem, cum iacet hostis, habet :
 at lupus et turpes instant morientibus ursi 35
 et quaecumque minor nobilitate fera.
 maius apud Troiam forti quid habemus Achille ?
 Dardanii lacrimas non tulit ille senis.
 quae ducis Emathii fuerit clementia, Porus
 Dareique docent funeris exequiae. 40
 neve hominum referam flexas ad mitius iras,
 Iunonis gener est qui prius hostis erat.
 denique non possum nullam sperare salutem,
 cum poenae non sit causa cruenta meae.
 non mihi quaerenti pessum dare cuncta petitum 45
 Caesareum caput est, quod caput orbis erat :
 non aliquid dixive, elatave lingua loquendo est,
 lapsaque sunt nimio verba profana mero :

19 manifestaque *Hauniensis* : manifesta *L* : manifesti $\Gamma\omega$ 31
 quisque est *AG³L³\omega* : quisquis *L* : q||||| *G* : quis est *H^{PV}* : quisquam
Bodleianus Rawl. 101 ; cf. *Ellis, Hermath.* vii. 198 39 faros
GHV : pharos *A\omega* 40 Dareique *L* : praeflarique $\Gamma\omega$ 47 dixie,
 elataue *Ellis, Hermath.* vii. 199 : dixi uclataue *L* : d. uiolataue
 $\Gamma\zeta$: d. uiolentaue ω locuta est ζ : loquenda *L* (*fort. ex* loquendo
in loquendi *inmutato*) : loquenti *Heinsius*

OVIDI NASONIS

inscia quod crimen viderunt lumina, plector,
peccatumque oculos est habuisse meum. 50
non equidem totam possum defendere culpam :
sed partem nostri criminis error habet.
spes igitur superest facturum ut molliat ipse
mutati poenam condicione loci.
hos utinam nitidi Solis praenuntius ortus
afferat admisso Lucifer albus equo ! 55

VI

FOEDVS amicitiae nec vis, carissime, nostrae,
nec, si forte velis, dissimulare potes.
donec enim licuit, nec te mihi carior alter,
nec tibi me tota iunctior urbe fuit ;
isque erat usque adeo populo testatus, ut esset 5
paene magis quam tu quamque ego notus, amor ;
quiique est in caris animi tibi candor amicis—
cognita sunt ipsi, quem colis, ista viro.
nil ita celabas, ut non ego conscient essem,
pectoribusque dabas multa tegenda meis : 10
cuique ego narrabam secreti quicquid habebam,
excepto quod me perdidit, unus eras.
id quoque si scisses, salvo fruerere sodali,
consilioque forem sospes, amice, tuo.
sed mea me in poenam nimirum fata trahebant. 15
omne bonae claudent utilitatis iter ?
sive malum potui tamen hoc vitare cavendo,
seu ratio fatum vincere nulla valet,
tu tamen, o nobis usu iunctissime longo,
pars desiderii maxima paene mei, 20

. 50 meum *P̄* : meos *AGHLVω* 55 hos *Riese* : hoc *codd.* hunc
... ortum *Heinsius*
VI 8 sic *L*, sententiam expedit *Vogel*, p. 33 cognitus est ipsi q. c.
iste (ipse *Γ*) uiro *Γω* 16 bonae claudent *Γ* *Ellis*, qui ita distinxit :
bonae claudens *L* : bonae claudunt *AHPVω* : bonum claudunt *Ḡ*

. . . TRISTIVM LIBER III

sis memor, et siquas fecit tibi gratia vires,
 illas pro nobis experiare, rogo,
 numinis ut laesi fiat mansuetior ira,
 mutatoque minor sit mea poena loco.
 idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro, 25
 principiumque mei criminis error habet.
 nec breve nec tutum, quo sint mea, dicere, casu
 lumina funesti conscia facta mali :
 mensque reformidat, veluti sua vulnera, tempus
 illud, et admonitu fit novus ipse pudor : 30
 sed quaecumque adeo possunt afferre pudorem,
 illa tegi caeca condita nocte decet.
 nil igitur referam nisi me peccasse, sed illo
 praemia peccato nulla petita mihi,
 stultitiamque meum crimen debere vocari, 35
 nomina si facto reddere vera velis.
 quae si non ita sunt, alium, quo longius absim,
 quaere, suburbana est hic mihi terra locus.

VII

VADE salutatum, subito perarata, Perillam,
 littera, sermonis fida ministra mei.
 aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
 aut inter libros Pieridasque suas.
 quicquid aget, cum te scierit venisse, relinquet, 5
 nec mora, quid venias quidve, requiret, agam.
 vivere me dices, sed sic, ut vivere nolim,
 nec mala tam longa nostra levata mora :
 et tamen ad Musas, quamvis nocuere, reverti,
 aptaque in alternos cogere verba pedes. 10
 'tu quoque' dic 'studiis communibus ecquid inhaeres,
 doctaque non patrio carmina more canis ?

26 principiumue ΓΛΣ 30 dolor Αω 31 sed *scripti* : et *codd.*
 38 haec . . . locum Γ
 VII 12 nunc H: num 5

OVIDI NASONIS

nam tibi cum fatis mores natura pudicos
 et raras dotes ingeniumque dedit.
 hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas,15
 ne male secundae vena periret aquae;
 primus id aspexi teneris in virginis annis,
 utque pater natae duxque comesque fui.
 ergo si remanent ignes tibi pectoris idem,
 sola tuum vates Lesbia vincet opus.20
 sed vereor, ne te mea nunc fortuna retardet,
 postque meos casus sit tibi pectus iners.
 dum licuit, tua saepe mihi, tibi nostra legebam;
 saepe tui iudex, saepe magister eram:
 aut ego praebebam factis modo versibus aures,25
 aut, ubi cessares, causa ruboris eram.
 forsitan exemplo, quia me laesere libelli,
 tu quoque sis poenae fata secuta meae.
 pone, Perilla, metum. tantummodo femina nulla
 neve vir a scriptis discat amare tuis.30
 ergo desidiae remove, doctissima, causas,
 inque bonas artes et tua sacra redi.
 ista decens facies longis vitiabitur annis,
 rugaque in antiqua fronte senilis erit,
 inquietque manum formae damnosa senectus,35
 quae strepitus passu non faciente venit.
 cumque aliquis dicet "fuit haec formosa" dolebis,
 et speculum mendax esse querere tuum.
 sunt tibi opes modicae, cum sis dignissima magnis:
 finge sed immensis censibus esse pares,40
 nempe dat id quodcumque libet fortuna rapitque,
 Irus et est subito, qui modo Croesus erat.

18 natae] uenae ζ : nemo A 26 cessaras ζ 28 fata ζ : facta $\Gamma\omega$
 secuta Γ : ruina ω facta . . . remissa *Muretus* : facta . . . retusa
Ellis et Zingerle: facta . . . secura *auctor elect. Eton.* 30 neue uir
 a *GHPV ζ* : deuia ne a $A\zeta$: deuia nec ζ 36 strepitus $I\zeta$;
cf. Met. xi. 650 : strepitum ζ 41 id ζ : et $\Gamma\omega$ nam tribuit
 quodcumque *Mussati Cento*; *cf. Ehwald, Symb. i. 20*

TRISTIVM LIBER III

singula ne referam, nil non mortale tenemus
pectoris exceptis ingeniique bonis.
en ego, cum caream patria vobisque domoque, 45
raptaque sint, adimi quae potuere mihi,
ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque :
Caesar in hoc potuit iuris habere nihil.
quilibet hanc saevo vitam mihi finiat ense,
me tamen extincto fama superstes erit, 50
dumque suis victrix omnem de montibus orbem
prospiciet dominum Martia Roma, legar.
tu quoque, quam studii maneat felicior usus,
effuge venturos, qua potes, usque rogos !'

VIII

NVNC ego Triptolemi cuperein consistere curru,
misit in ignotam qui rude semen humum ;
nunc ego Medeae vellem frenare dracones,
quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua ;
nunc ego iactandas optarem sumere pennas, 5
sive tuas, Perseu, Daedale, sive tuas :
ut tenera nostris cedente volatibus aura
aspicerem patriae dulce repente solum,
desertaeque domus vultus, memoresque sodales,
caraque praecipue coniugis ora meae. 10
stulte, quid haec frustra votis puerilibus optas,
quaes non ulla tibi fertque feretque dies ?
si semel optandum est, Augusti numen adora,
et, quem sensisti, rite precare deum.
ille tibi pennasque potest currusque volucres 15
tradere. det redditum, protinus ales eris.

43 ne ΓΣ : quid 51 omnem AGPV : septem Hω
VIII 1 consondere currus ω 3 mallem GPPV : malle H :
malem P 12 tibi A(?)ω : tulit GHPV

OVIDI NASONIS

si precer hoc (neque enim possum maiora rogare)
 ne mea sint, timeo, vota modesta parum.
forsitan hoc olim, cum iam satiaverit iram,
 tum quoque sollicita mente rogandus erit. 20
quod minus interea est, instar mihi muneris ampli,
 ex his me iubeat quolibet ire locis.
nec caelum nec aquae faciunt nec terra nec aurae;
 ei mihi, perpetuus corpora languor habet!
seu vitiant artus aegrae contagia mentis,
 sive mei causa est in regione mali,
ut tetigi Pontum, vexant insomnia, vixque
 ossa tegit macies nec iuvat ora cibus;
quiique per autumnum percussis frigore primo
 est color in foliis, quae nova laesit hiems,
is mea membra tenet, nec viribus allevor ullis,
 et numquam queruli causa doloris abest.
nec melius valeo, quam corpore, mente, sed aegra est
 utraque pars aequa binaque damna fero.
haeret et ante oculos veluti spectabile corpus 35
 astat fortunae forma legenda meae:
cumque locum moresque hominum cultusque sonumque
 cernimus, et, qui sim qui fuerimque, subit,
tantus amor necis est, querar ut cum Caesaris ira,
 quod non offensas vindicet ense suas. 40
at, quoniam semel est odio civiliter usus,
 mutato levior sit fuga nostra loco.

IX

Hic quoque sunt igitur Graiae (quis crederet?) urbes
 inter inhumanae nomina barbariae?
huc quoque Mileto missi venere coloni,
 inque Getis Graias constituere domos?

17 precari 5 24 et *HPV* 36 querenda *Vogel* 38 quid...
quid 5 41 aut 15

TRISTIVM LIBER III

sed vetus huic nomen, positaque antiquius urbe, 5
 constat ab Absyrti caede fuisse loco.
 nam rate, quae cura pugnacis facta Minervae
 per non temptatas prima cucurrit aquas,
 impia desertum fugiens Medea parentem
 dicitur his remos applicuisse vadis. 10
 quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto,
 hospest' ait 'nosco, Colchide, vela, venit.'
 dum trepidant Minyae, dum solvitur aggere funis,
 dum sequitur celeres ancora tracta manus,
 conscia percussit meritorum pectora Colchis 15
 ausa atque ausura multa nefanda manu;
 et, quamquam superest ingens audacia menti,
 pallor in attonitae virginis ore fuit.
 ergo ubi prospexit venientia vela 'tenemur,
 et pater est aliqua fraude morandus' ait. 20
 dum quid agat quaerit, dum versat in omnia vultus,
 ad fratrem casu lumina flexa tulit.
 cuius ut oblata est praesentia, 'viciimus' inquit:
 'hic mihi morte sua causa salutis erit.'
 protinus ignari nec quicquam tale timentis 25
 innocuum rigido perforat ense latus,
 atque ita divellit divulsaque membra per agros
 dissipat in multis invenienda locis.
 neu pater ignoret, scopulo proponit in alto
 pallentesque manus sanguineumque caput, 30
 ut genitor luctuque novo tardetur et, artus
 dum legit extinctos, triste moretur iter.
 inde Tomis dictus locus hic, quia fertur in illo
 membra soror fratri consecuisse sui.

IX 5 positumque ω 11 quam AHPV 12 uenit] dari 5
 32 moretur AHPV; cf. Her. xix. 20: retardet Gω 33 Tomis
 AG: tomus HVΣ : thomus P: tomos ω

OVIDI NASONIS

X

Siqvis adhuc istic meminit Nasonis adempti,
 et superest sine me nomen in urbe meum,
 suppositum stellis numquam tangentibus aequor
 me sciat in media vivere barbaria.
 Sauromatae cingunt, fera gens, Bessique Getaeque, 5
 quam non ingenio nomina digna meo !
 dum tamen aura tepet, medio defendimur Histro :
 ille suis liquidis bella repellit aquis.
 at cum tristis hiems squalentia protulit ora,
 terraque marmoreo est candida facta gelu, 10
 dum prohibet Boreas et nix habitare sub Arcto,
 tum patet has gentes axe tremente premi.
 nix iacet, et iactam ne sol pluviaeque resolvant,
 indurat Boreas perpetuamque facit.
 ergo ubi delicuit nondum prior, altera venit, 15
 et solet in multis bima manere locis ;
 tantaque commoti vis est Aquilonis, ut altas
 aequet humo turres tectaque rapta ferat.
 pellibus et sutis arcent mala frigora bracis,
 oraque de toto corpore sola patent. 20
 saepe sonant moti glacie pendente capilli,
 et nitet inducto candida barba gelu ;
 nudaque consistunt, formam servantia testae,
 vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
 quid loquar, ut vincti concrescant frigore rivi, 25
 deque lacu fragiles effodiantur aquae ?
 ipse, papyrifero qui non angustior amne
 miscetur vasto multa per ora freto,
 caeruleos ventis latices durantibus, Hister
 congelat et tectis in mare serpit aquis ; 30

X 8 liquidus *G* : 11 prohibet *scripti* : patet et *codd.* : parat et *ego*
ed. Oron. 1889 : petit et *Ellis* habitare *I* : innecta *G* dum
 uolat et *B. e. n.* agitata s. *A. Vogel* 12 patet] liquet *G* 13 ne
G : nec *AHPVω* resolvant *Ehwald* : resolu//nt *G* : resoluunt *cett.*
codd 25 vincti *G* : cuncti *AHPVω*

TRISTIVM LIBER III

quaque rates ierant, pedibus nunc itur, et undas
 frigore concretas ungula pulsat equi ;
 perque novos pontes, subter labentibus undis,
 ducunt Sarmatici barbara plausta boves.
 vix equidem credar, sed, cum sint praemia falsi 35
 nulla, ratam debet testis habere fidem.
 vidimus ingentem glacie consistere pontum,
 lubricaque inmotas testa premebat aquas.
 nec vidisse sat est. durum calcavimus aequor,
 undaque non udo sub pede summa fuit. 40
 si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset,
 non foret angustae mors tua crimen aquae.
 tum neque se pandi possunt delphines in auras 37
 tollere ; conantes dura coercet hiems ;
 et quamvis Boreas iactatis insonet alis, 45
 fluctus in obsesso gurgite nullus erit ;
 inclusaeque gelu stabunt in marmore puppes,
 nec poterit rigidas findere remus aquas.
 vidimus in glacie pisces haerere ligatos,
 sed pars ex illis tum quoque viva fuit. 50
 sive igitur nimii Boreae vis saeva marinas,
 sive redundatas flumine cogit aquas,
 protinus aequato siccis Aquilonibus Histro
 invehitur celeri barbarus hostis equo ;
 hostis equo pollens longeque volante sagitta
 vicinam late depopulatur humum. 55
 diffugiunt alii, nullisque tuentibus agros
 incustoditiae diripiuntur opes,
 ruris opes parvae, pecus et stridentia plausta,
 et quas divitias incola pauper habet. 60
 pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
 respiciens frustra rura Laremque suum :

47 in] ut ζ margine $V\zeta$ 50 tunc $G\zeta$

6*

OVIDI NASONIS

pars cadit hamatis misere confixa sagittis :
nam volucri ferro tinctile virus inest.
quae nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt, 65
et cremat insontes hostica flamma casas.
tunc quoque, cum pax est, trepidant formidine belli,
nec quisquam presso vomere sulcat humum.
aut videt aut metuit locus hic, quem non videt, hostem ;
cessat iners rigido terra relicta situ. 70
non hic pampinea dulcis latet uva sub umbra,
nec cumulant altos fervida musta lacus.
poma negat regio, nec haberet Acontius, in quo
scriberet hic dominae verba legenda suae.
aspiceret nudos sine fronde, sine arbore, campos : 75
heu loca felici non adeunda viro !
ergo tam late pateat cum maximus orbis,
haec est in poenam terra reperta meam.

XI

Si quis es, insultes qui casibus, improbe, nostris,
meque reum dempto fine cruentus agas,
natus es e scopolis et pastus lacte ferino,
et dicam silices pectus habere tuum.
quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira, 5
restat ? quidve meis cernis abesse malis ?
barbara me tellus et inhospita litora Ponti
cumque suo Borea Maenalis Vrsa videt.
nulla mihi cum gente fera commercia linguae :
omnia solliciti sunt loca plena metus. 10
utque fugax avidis cervus deprensus ab ursis,
cinctave montanis ut pavet agna lupis,
sic ego belligeris a gentibus undique saepitus
terror, hoste meum paene premente latus.

75 aspiceret *V* 78 poenas . . . meas *HP*: poena . . . mea *AV*

XI 3 et pastus *AHPV*; cf. *H.* ix. 68, *M.* viii. 170 : educatus *G*:
eductus *S* : nutritus *S* 5 quo se tua (sua *G*, om. *H*) *GHPST* : aut
quo se *cett.* 12 cinctaque *ω* : cincta (om. ue) *G*

TRISTIVM LIBER III

utque sit exiguum poenae, quod coniuge cara, 15
 quod patria careo pignoribusque meis :
 ut mala nulla feram nisi nudam Caesaris iram,
 nuda parum est nobis Caesaris ira mali ?
 et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet,
 solvat et in mores ora diserta meos. 20
 in causa facilis cuivis licet esse diserto,
 et minimae vires frangere quassa valent.
 subruere est arces et stantia moenia virtus :
 quamlibet ignavi praecipitata premunt.
 non sum ego quod fueram. quid inanem proteris umbram ?
 quid cinerem saxis bustaque nostra petis ? 26
 Hector erat tunc cum bello certabat ; at idem
 vinctus ad Haemonios non erat Hector equos.
 me quoque, quem noras olim, non esse memento :
 ex illo superant haec simulacra viro. 30
 quid simulacra, ferox, dictis incessis amaris ?
 parce, precor, Manes sollicitare meos.
 omnia vera puta mea crimina, nil sit in illis,
 quod magis errorem quam scelus esse putas,
 pendimus en profugi (satia tua pectora) poenas 35
 exilioque graves exiliisque loco.
 carnifici fortuna potest mea flenda videri :
 et tamen est uno iudice mersa parum.
 saevior es tristi Busiride, saevior illo,
 qui falsum lento torruit igne bovem, 40
 quiue bovem Siculo fertur donasse tyranno,
 et dictis artes conciliasse suas :
 ‘munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior,
 nec sola est operis forma probanda mei.

18 parum est . . . mali *HV*: parum . . . mali est *AGPω* 21
 disertum *Gω* 24 quilibet *GHPVΣ* 25 sum ego qui *P*; cf. *Prop.*
 i. 12. 11: sum qui Σ: sum quod Σ, *Ehwald*, *Symb.* i. 8 affert *C. I. L.*
 vi. 2. 13528, 15 ‘quod fueram, non sum’ 27 certaret *GHP* et ω
 28 uictus ab Haemonio . . . equo *P* uectus aut tractus ab Haemonio
 . . . equo ω 34 distinxit *Sandford*, *Class. Rev.* v. 279 quod] qui *V*

OVIDI NASONIS

aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri? 45
 hac tibi, quem perdes, coniciendus erit.
 protinus inclusum lantis carbonibus ure:
 mugiet, et veri vox erit illa bovis.
 pro quibus inventis, ut munus munere penses,
 da, precor, ingenio praemia digna meo.' 50
 dixerat. at Phalaris 'poenae mirande repertor,
 ipse tuum praesens imbue' dixit 'opus'.
 nec mora, monstratis crudeliter ignibus ustus
 exhibuit geminos ore gemente sonos.
 quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque? 55
 ad te, quisquis is es, nostra querela redit.
 utque sitim nostro possis explere cruento,
 quantaque vis, avido gaudia corde feras,
 tot mala sum fugiens tellure, tot aequore passus,
 te quoque ut auditis posse dolere putem. 60
 crede mihi, si sit nobis collatus Vlixes,
 Neptunine minor quam Iovis ira fuit?
 ergo quicumque es, rescindere crimina noli,
 deque gravi duras vulnere tolle manus;
 utque meae famam tenuent oblia culpae, 65
 facta cicatricemducere nostra sine;
 humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem
 et premit, incertas ipse verere vices.
 et quoniam, fieri quod numquam posse putavi,
 est tibi de rebus maxima cura meis, 70
 non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est,
 omne trahit secum Caesaris ira malum.
 quod magis ut liqueat, neve hoc ego fingere credar,
 ipse velim poenas experiare meas.

46 hinc *AV*: hic *HPS*: huc ζ perdis $\Gamma\zeta$ 52 princeps
Heinsius 54 tremente *H\zeta* : fremente *A* 62 Neptunine
scripti; cf. *Vogel*, p. 35: Neptunique $\Gamma\zeta$: Neptuni minor est q. I.
 i. f. ζ : Neptuni leuior *Ellis*

TRISTIVM LIBER III

XII

FRIGORA iam Zephyri minuunt, annoque peracto
 longior antiquis visa Maeotis hiems,
 inpositamque sibi qui non bene pertulit Hellen,
 tempora nocturnis aequa diurna facit.
 iam violam puerique legunt hilaresque puellae, 5
 rustica quae nullo nata serente venit;
 prataque pubescunt variorum flore colorum,
 indocilique loquax gutture vernal avis;
 utque malae matris crimen deponat hirundo
 sub trabibus cunas tectaque parva facit; 10
 herbaque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis,
 exit et expandit molle cacumen humo;
 quoque loco est vitis, de palmita gemma movetur:
 nam procul a Getico litore vitis abest;
 quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus: 15
 nam procul a Geticis finibus arbor abest.
 otia nunc istic, iunctisque ex ordine ludis
 cedunt verbosi garrula bella fori.
 usus equi nunc est, levibus nunc luditur armis,
 nunc pila, nunc celeri volvitur orbe trochus; 20
 nunc ubi perfusa est oleo labente iuventus,
 defessos artus Virgine tingit aqua.
 scaena viget studiisque favor distantibus ardet,
 proque tribus resonant terna theatra foris.
 o quantum et quotiens non est numerare, beatum, 25
 non interdicta cui licet urbe frui!

XII a antiquis uisa Maeotis Γω ; vide Eur. Herc. 409 ubi Μαῖωτις cor-
 recepta diphthongo legitur; dixi de hoc loco Classical Quarterly viii. 27 in-
 teput u. Tomitis Lachmann : antiquis uim moderatur Vogel : abscedit
 uix Tanaitis ego in ed. 1889 5 uiolas ω 6 quas n. terra s. uehit Σ
 9 crimen matris Σ 12 exit et expandit GHPV: exerit e tepida
 A(?)Σ 18 uerboso . . foro AHPΣ 19 lusus AHPVΣ equis
 A(?)Σ 20 uertitur GHPVΣ 25 quantum et AHVΣ, tuentur
 codd. Grattii Cyneq. 320, Rutilii Nam. i. 5 : quantum o P: quater et GΣ

OVIDI NASONIS

at mihi sentitur nix verno sole soluta,
quaeque lacu durae non fodiantur aquae:
nec mare concrescit glacie, nec, ut ante, per Histrum
stridula Sauromates plausta bubulcus agit. 30
incipient aliquae tamen huc adnare carinae,
hospitaque in Ponti litore puppis erit.
sedulus occurram nautae, dictaque salute,
quid veniat, quaeram, quisve quibusve locis.
ille quidem mirum ni de regione propinquia 35
non nisi vicinas tutus ararit aquas.
rarus ab Italia tantum mare navita transit,
litora rarus in haec portubus orba venit.
sive tamen Graeca scierit, sive ille Latina
voce loqui (certe gratior huius erit; 40
fas quoque ab ore freti longaeque Propontios undis
huc aliquem certo vela dedisse Noto),
quisquis is est, memori rumorem voce referre
et fieri famae parsque gradusque potest.
is, precor, auditos possit narrare triumphos 45
Caesaris et Latio redditiva vota Iovi,
teque, rebellatrix, tandem, Germania, magni
triste caput pedibus supposuisse ducis.
haec mihi qui referet, quae non vidisse dolebo,
ille meae domui protinus hospes erit. 50
ei mihi, iamne domus Scythico Nasonis in orbe est?
iamque suum mihi dat pro Lare poena locum?
di facite ut Caesar non hic penetrale domumque,
hospitium poenae sed velit esse meae.

XIII

Ecce supervacuus (quid enim fuit utile gigni?)
ad sua natalis tempora noster adest.

28 quodque *AH* duro ω foduntur Σ 31 incipiunt *AHPVS*
34 quibusque *AHV* 36 ararit *Heinsius*: arbit *Laurentianus*
36, 33: araret Γω 47 te quoque bellatrix ΓΣ
XIII i gigni *GHPΣ*: nobis *AV*: nasci Σ

TRISTIVM LIBER III

dure, quid ad miseros veniebas exulis annos?
debueras illis inposuisse modum.
si tibi cura mei, vel si pudor ullus inesset, 5
non ultra patriam me sequerere meam,
quoque loco primum tibi sum male cognitus infans,
illo temptasses ultimus esse mihi,
inque relinquendo, quod idem fecere sodales,
tu quoque dixisses tristis in urbe 'vale'. 10
quid tibi cum Ponto? num te quoque Caesaris ira
extremam gelidi misit in orbis humum?
scilicet expectas soliti tibi moris honorem,
pendeat ex umeris vestis ut alba meis,
fumida cingatur florentibus ara coronis, 15
micaque sollemni turis in igne sonet,
libaque dem proprie genitale notantia tempus,
concipiamque bonas ore favente preces.
non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,
adventu possim laetus ut esse tuo. 20
funeris ara mihi, ferali cincta cupresso,
convenit et structis flamma parata rogis.
nec dare tura libet nil exorantia divos,
in tantis subeunt nec bona verba malis.
si tamen est aliquid nobis hac luce petendum, 25
in loca ne redeas amplius ista, precor,
dum me terrarum pars paene novissima, Pontus,
Euxinus falso nomine dictus, habet.

XIV

CVLTOR et antistes doctorum sancte virorum,
quid facis ingenio semper amice meo?
ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,
nunc quoque, ne videar totus abesse, caves?

3 miseri G5 5 adesset 5 9 relinquendum A
XIV a qui A5

OVIDI NASONIS

confidis exceptis ecquid mea carmina solis 5
Artibus, artifici quae nocuere suo?
immo ita fac, quaeso, vatum studiose novorum,
 queaque potes, retine corpus in urbe meum.
est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,
 qui domini poenam non meroere sui. 10
saepe per externas profugus pater exulat oras,
 urbe tamen natis exulis esse licet.
Palladis exemplo de me sine matre creata
 carmina sunt; stirps haec progeniesque mea est.
hanc tibi commendo, quae quo magis orba parente est,
 hoc tibi tutori sarcina maior erit. 15
tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:
 cetera fac curiae sit tibi turba palam.
sunt quoque mutatae, ter quinque volumina, formae,
 carmina de domini funere raptâ sui. 20
illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
 certius a summa nomen habere manu:
nunc incorrectum populi pervenit in ora,
 in populi quicquam si tamen ore mei est.
hoc quoque nescioquid nostris appone libellis,
 diverso missum quod tibi ab orbe venit. 25
quod quicumque leget (si quis leget) aestimet ante,
 compositum quo sit tempore quoque loco.
aequus erit scriptis, quorum cognoverit esse
 exilium tempus barbariamque locum: 30
inque tot adversis carmen mirabitur ullum
 ducere me tristi sustinuisse manu.
ingenium fregere meum mala, cuius et ante
 fons infecundus parvaque vena fuit.
sed quaecumque fuit, nullo exercente refugit,
 et longo periit arida facta situ. 35

5 colligis 7: suscipis 7 15 est om. 5
23 in GP7: ad AHV7 24 meum 17

TRISTIVM LIBER III

non hic librorum, per quos inviter alarque,
copia: pro libris arcus et arma sonant.
nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius
intellecturis auribus utar, adest. 40
non quo secedam locus est. custodia muri
summovet infestos clausaque porta Getas.
saepe aliquod quaero verbum nomenque locumque,
nec quisquam est a quo certior esse queam.
dicere saepe aliquid conanti (turpe fateri)
verba mihi desunt dedidicique loqui. 45
Threicio Scythicoque fere circumsonor ore,
et videor Geticis scribere posse modis.
crede mihi, timeo ne sint inmixta Latinis
inque meis scriptis Pontica verba legas. 50
qualemcumque igitur venia dignare libellum.
sortis et excusa condicione meae.

39 r. cui *G(ex cuius)PS* 41 nec ω 47 fero *HVS* 51 igitur
Γ: legas ω

LIBER QVARTVS

I

SIQVA meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,
excusata suo tempore, lector, habe.
exul eram, requiesque mihi, non fama petita est,
mens intenta suis ne foret usque malis.
hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor, 5
indocili numero cum grave mollit opus.
cantat et innitens limosae pronus harenæ,
adverso tardam qui trahit amne ratem ;
quiue refert pariter lentos ad pectora remos,
in numerum pulsa brachia pulsat aqua. 10
fessus ubi incubuit baculo saxove resedit
pastor, harundineo carmine mulcet oves.
cantantis pariter, pariter data pensa trahentis,
fallitur ancillæ decipiturque labor.
fertur et abducta Lyrneside tristis Achilles 15
Haemonia curas attenuasse lyra.
cum traheret silvas Orpheus et dura canendo
saxa, bis amissa coniuge maestus erat.
me quoque Musa levat Ponti loca iussa petentem :
sola comes nostræ perstitit illa fugæ ; 20
sola nec insidias, Sinti nec militis ensem,
nec mare nec ventos barbariamque timet.
scit quoque, cum peri, quis me deceperit error,
et culpam in facto, non scelus, esse meo,

I 7 cantet *APΣ* 10 pulsat *ΓΤ* *Vogel*; cf. *Verg. Geor.* iv. 313:
uersat *Σ*: iactat *Σ*: lassat *Σ* 11 ut *ΒΣ* 19 tenentem *Lach-*
mann 21 Sinti nec *Ehwald*: inter nec *ΓΛω* militis ensem *ΓΛΣ*:
thracia tela *Σ*

OVIDI NASONIS

scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante, 25
cum mecum iuncti criminis acta rea est.
non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,
Pieridum sacris inposuisse manum.
sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sacrorum,
et carmen demens carmine laesus amo. 30
sic nova Dulichio lotos gustata palato
illo, quo nocuit, grata sapore fuit.
sentit amans sua damna fere, tamen haeret in illis,
materiam culpae persecuturque suae.
nos quoque delectant, quamvis nocuere, libelli, 35
quodque mihi telum vulnera fecit, amo.
forsitan hoc studium possit furor esse videri,
sed quiddam furor hic utilitatis habet.
semper in obtutu mentem vetat esse malorum,
praesentis casus inmemoremque facit. 40
utque suum Bacche non sentit saucia vulnus,
dum stupet Idaeis exululata modis,
sic ubi mota calent viridi mea pectora thyrso,
altior humano spiritus ille malo est.
ille nec exilium, Scythici nec litora ponti, 45
ille nec iratos sentit habere deos.
utque soporiferae biberem si pocula Lethes,
temporis adversi sic mihi sensus abest.
iure deas igitur veneror mala nostra levantes,
sollicitae comites ex Helicone fugae, 50
et partim pelago partim vestigia terra
vel rate dignatas vel pede nostra sequi.
sint, precor, haec saltem faciles mihi! namque deorum
cetera cum magno Caesare turba facit,
meque tot adversis cumulant, quot litus harenas, 55
quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.

26 adiuncti AV⁵ 29 sororum S 31 lotus L 41 bachis V
42 iugis G⁵ 50 sollicitae Ios. Scaliger: sollicitas codd. 53 hae
AV⁵ 55 cumulat AGPV⁵

TRISTIVM LIBER IV

vere prius flores, aestu numerabis aristas,
 poma per autumnum frigoribusque nives,
 quam mala, quae toto patior iactatus in orbe,
 dum miser Euxini litora laeva peto. 60
 nec tamen, ut veni, levior fortuna malorum est :
 huc quoque sunt nostras fata secuta vias.
 hic quoque cognosco natalis stamina nostri,
 stamina de nigro vellere facta mihi.
 utque neque insidias capitisque pericula narrem, 65
 vera quidem, veri sed graviora fide :
 vivere quam miserum est inter Bessosque Getasque
 illum, qui populi semper in ore fuit !
 quam miserum est, porta vitam muroque tueri,
 vixque sui tutum viribus esse loci ! 70
 aspera militiae iuvenis certamina fugi,
 nec nisi lusura movimus arma manu ;
 nunc senior gladioque latus scutoque sinistram,
 canitiem galeae subicioque meam.
 nam dedit e specula custos ubi signa tumultus, 75
 induimus trepida protinus arma manu.
 hostis, habens arcus inbutaque tela venenis,
 saevus anhelanti moenia lustrat equo ;
 utque rapax pecudem, quae se non texit ovili,
 per sata per silvas fertque trahitque lupus : 80
 sic, si quem nondum portarum saepe receptum
 barbarus in campis repperit hostis, habet :
 aut sequitur captus coniectaque vincula collo
 accipit, aut telo virus habente perit.
 hic ego sollicitae lateo novus incola sedis : 85
 heu nimium fati tempora longa mei !
 et tamen ad numeros antiquaque sacra reverti
 sustinet in tantis hospita Musa malis.

60 laeuia cod. *Bushidianus* : saeuia $\Gamma L\omega$ 66 ueri *Francius* ; cf.
F. iii. 662 : uera $L\zeta$: uidi $\Gamma\omega$ 77 ueneno *AHPV\omega* 81 sede
 $\Gamma L\omega$ 82 agit ζ 85 lateo L : iaceo $\Gamma\omega$ 86 lenta *AL\zeta*
 7*

OVIDI NASONIS

sed neque cui recitem quisquam est mea carmina, nec qui
auribus accipiat verba Latina suis. 90
ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque,
tutaque iudicio littera nostra suo est.
saepe tamen dixi 'cui nunc haec cura laborat?
an mea Sauromatae scripta Getaeque legent?'
saepe etiam lacrimae me sunt scribente profusae, 95
umidaque est fletu littera facta meo,
corque vetusta meum, tamquam nova, vulnera novit,
inque sinum maestae labitur imber aquae.
cum vice mutata, qui sim fuerimque, recordor,
et, tulerit quo me casus et unde, subit, 100
saepe manus demens, studiis irata sibique,
misit in arsuros carmina nostra focos.
atque, ea de multis quoniam non multa supersunt,
cum venia facito, quisquis es, ista legas.
tu quoque non melius, quam sunt mea tempora, carmen,
interdicta mihi, consule, Roma, boni. 106

II

IAM fera Caesaribus Germania, totus ut orbis,
victa potest flexo succubuisse genu,
altaque velentur fortasse Palatia sertis,
turaque in igne sonent inficiantque diem,
candidaque adducta collum percussa securi 5
victima purpureo sanguine pulset humum,
donaque amicorum templis promissa deorum
reddere victores Caesar uterque parent,
et qui Caesareo iuvenes sub nomine crescunt,
perpetuo terras ut domus illa regat. 10

95 sunt me 97 norit *ALV̄*: sentit 99 dum I⁹ 103 ea
V̄L̄oo: ita 97
II 4 turaue *AHL̄s*: tureue L 6 pulset] tinguat V

TRISTIVM LIBER IV

cumque bonis nuribus pro sospite Livia nato
munera det meritis, saepe datura, deis,
et pariter matres et quae sine crimine castos
perpetua servant virginitate focos ;
plebs pia cumque pia laetetur plebe senatus, 15
parvaque cuius eram pars ego nuper eques.
nos procul expulsos communia gaudia fallunt,
famaque tam longe non nisi parva venit.
ergo omnis populus poterit spectare triumphos,
cumque ducum titulis oppida capta leget, 20
vinclaque captiva reges cervice gerentes
ante coronatos ire videbit equos,
et cernet vultus aliis pro tempore versos,
terribiles aliis inmemoresque sui.
quorum pars causas et res et nomina quaeret, 25
pars referet, quamvis noverit illa parum.
hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
dux fuerat belli, proximus ille duci.
hic, qui nunc in humo lumen miserabile fixit,
non isto vultu, cum tulit arma, fuit. 30
ille ferox et adhuc oculis hostilibus ardens
hortator pugnae consiliumque fuit.
perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,
squalida promissis qui tegit ora comis.
illo, qui sequitur, dicunt mactata ministro 35
saepe recusanti corpora capta deo.
hic lacus, hi montes, haec tot castella, tot amnes
plena ferae caedis, plena cruoris erant.
Drusus in his meruit quondam cognomina terris,
quae bona progenies, digna parente, fuit. 40
cornibus hic fractis viridi male tectus ab ulva
decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.

15 laetatur 5 29 figit 5 34 prolixis AGH5 : demissis 5

OVIDI NASONIS

crinibus en etiam fertur Germania passis,
 et ducis invicti sub pede maesta sedet,
 collaque Romanae praebens animosa securi
 vincula fert illa, qua tulit arma, manu.⁴⁵
 hos super in curru, Caesar, victore veheris
 purpureus populi rite per ora tui,
 quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum,
 undique iactato flore tegente vias.⁵⁰
 tempora Phoebea lauro cingetur ‘io’ que
 miles ‘io’ magna voce ‘triumphe’ canet.
 ipse sono plausuque simul fremituque canente
 quadriiugos cernes saepe resistere equos.
 inde petes arcem et delubra faventia votis,⁵⁵
 et dabitur merito laurea vota Iovi.
 haec ego summotus qua possum mente videbo:
 erepti nobis ius habet illa loci:
 illa per immensas spatiatur libera terras,
 in caelum celeri pervenit illa fuga;⁶⁰
 illa meos oculos medium deducit in urbem,
 inmunes tanti nec sinit esse boni;
 invenietque animus, qua currus spectet eburnos;
 sic certe in patria per breve tempus ero.
 vera tamen capiet populus spectacula felix,⁶⁵
 laetaque erit praesens cum duce turba suo.
 at mihi fingendo tantum longeque remotis
 auribus hic fructus percipiendus erit,
 atque procul Latio diversum missus in orbem
 qui narret cupido, vix erit, ista mihi.⁷⁰
 is quoque iam serum referet veteremque triumphum:
 quo tamen audiero tempore, laetus ero.
 illa dies veniet, mea qua lugubria ponam,
 causaque privata publica maior erit.

49 circum plaudere *HLV* 51 cingentur *AGHPω* 53 canente
L: canentum *ΓΣ*: calentes *Σ* 60 fuga *LΣ* : via *Γω* 63 inue-
 nitque *LΣ* 67 fingenti *εω* remoto *εω* 72 auditio *A*

TRISTIVM LIBER IV

III

MAGNA minorque ferae, quarum regis altera Graias,
 altera Sidonias, utraque sicca, rates,
 omnia cum summo positae videatis in axe,
 et maris occiduas non subeatis aquas,
 aetheriamque suis cingens amplexibus arcem
 vester ab intacta circulus extet humo,
 aspice illa, precor, quae non bene moenia quondam
 dicitur Iliades transiluisse Remus,
 inque meam nitidos dominam convertite vultus,
 sitque memor nostri necne, referte mihi.
 ei mihi, cur timeam? quae sunt manifesta, requiro.
 cur labat ambiguō spes mea mixta metu?
 crede, quod est et vis, ac desine tuta vereri,
 deque fide certa sit tibi certa fides.
 quodque polo fixae nequeunt tibi dicere flammae,
 non mentitura tu tibi voce refer:
 esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est;
 quodque potest, secum nomen habere tuum.
 vultibus illa tuis tamquam praesentis inhaeret,
 teque remota procul, si modo vivit, amat.
 ecquid, ubi incubuit iusto mens aegra dolori,
 lenis ab admonito pectore somnus abit?
 tunc subeunt curae, dum te lectusque locusque
 tangit et oblitam non sinit esse mei,
 et veniunt aestus, et nox inmensa videtur,
 fessaque iactati corporis ossa dolent?
 non equidem dubito, quin haec et cetera fiant,
 detque tuus maesti signa doloris amor,
 nec cruciere minus, quam cum Thebana cruentum
 Hectora Thessalico vidit ab axe rapi.

5

10

15

20

25

30

III 11 timui ω: nimium 5 12 latet L: labet *Parisinus* 8239
 19 ita L *Leid.* 177: praesentibus haeret Γω 22 abest AV: habet
 G 23 nunc A: num *Mediceus*

OVIDI NASONIS

quid tamen ipse precer dubito, nec dicere possum,
affectum quem te mentis habere velim.

tristis es? indignor quod sim tibi causa doloris:
non es? at amisso coniuge digna fores.

tu vero tua damna dole, mitissima coniunx,

35

tempus et a nostris exige triste malis,

fleque meos casus: est quaedam flere voluptas;

expletur lacrimis egeriturque dolor.

atque utinam lugenda tibi non vita, sed esset

mors mea, morte fores sola relicta mea.

40

spiritus hic per te patrias exisset in auras,

sparsissent lacrimae pectora nostra piae,

supremoque die notum spectantia caelum

texissent digitii lumina nostra tui,

et cinis in tumulo positus iacuisset avito,

45

tactaque nascenti corpus haberet humus;

denique, ut et vixi, sine crimine mortuus essem.

nunc mea supplicio vita pudenda suo est.

me miserum, si tu, cum diceris exulis uxor,

avertis vultus et subit ora rubor!

50

me miserum, si turpe putas mihi nupta videri!

me miserum, si te iam pudet esse meam!

tempus ubi est illud, quo te iactare solebas

coniuge, nec nomen dissimulare viri?

tempus ubi est, quo te (nisi non vis illa referri)

55

et dici, memini, iuvit et esse meam?

utque proba dignum est, omni tibi dote placebam:

addebat veris multa faventis amor.

nec, quem praeferres (ita res tibi magna videbar)

quemque tuum malles esse, vir alter erat.

60

33 sum $\overline{\sigma}$ 34 at Bentley: ut codd. 47 et uixi $AH\zeta$: euxi
 GL : aduixi V : uixi (om. et) P 48 nec $AHV\zeta$ suo est GLP :
foret $AHV\zeta$ 55 quo . . . uis ω : illud quo te $|||||$ (sscr. nisi
non uis L^3) L : illud (corr. quo te G^2) nisi non uis G : illud quo ni
(nisi P) fugis AHP : illud quo non fugis V referre $AHPV$ 57
probae $AV\zeta$

TRISTIVM· LIBER IV

nunc quoque ne pudeat, quod sis mihi nupta; tuusque
 non debet dolor hinc, debet abesse pudor.
 cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu,
 num legis Euadnen erubuisse viro?
 nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes, 65
 ipse suis Phaethon infitiandus erat.
 nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,
 quod precibus perit ambitiosa suis.
 nec tibi, quod saevis ego sum Iovis ignibus ictus,
 purpureus molli fiat in ore pudor. 70
 sed magis in curam nostri consurge tuendi,
 exemplumque mihi coniugis esto bonae,
 materiamque tuis tristem virtutibus inple:
 ardua per praeceps gloria vadat iter.
 Hectora quis nosset, si felix Troia fuissest? 75
 publica virtutis per mala facta via est.
 ars tua, Tiphy, iacet, si non sit in aequore fluctus:
 si valeant homines, ars tua, Phoebe, iacet.
 quae latet inque bonis cessat non cognita rebus,
 appetit virtus arguiturque malis. 80
 dat tibi nostra locum tituli fortuna, caputque
 conspicuum pietas qua tua tollat, habet.
 utere temporibus, quorum nunc munere facta est
 et patet in laudes area lata tuas.

IV

O qvi, nominibus cum sis generosus avorum,
 exsuperas morum nobilitate genus,
 cuius inest animo patrii candoris imago,
 non careat numeris candor ut iste suis:

64 num *GHL³V⁵*: cum L: non *APω* 70 pudor *GL⁵*; cf. *Am.*
 ii. 5. 34 : rubor *AHPV⁵* 78 uacet ⁷⁸ *5* 83 facta est *Ehwald*:
 facta est *L Leid.* 177 : freta es *Iω*
 IV 4 numeris ⁷⁸ *5*

OVIDI NASONIS

cuius in ingenio est patriae facundia linguae, 5
qua prior in Latio non fuit ulla foro :
quod minime volui, positis pro nomine signis
dictus es : ignoscas laudibus ipse tuis.
nil ego peccavi ; tua te bona cognita produnt.
si, quod es, appares, culpa soluta mea est. 10
nec tamen officium nostro tibi carmine factum
principe tam iusto posse nocere puto.
ipse pater patriae (quid enim est civilius illo?)
sustinet in nostro carmine saepe legi,
nec prohibere potest, quia res est publica Caesar, 15
et de communi pars quoque nostra bono est.
Iuppiter ingenii praebet sua numina vatum,
seque celebrari quolibet ore sinit.
causa tua exemplo superorum tuta duorum est,
quorum hic aspicitur, creditur ille deus. 20
ut non debuerim, tamen hoc ego crimen habebo :
non fuit arbitrii littera nostra tui.
nec nova, quod tecum loquor, est iniuria nostra,
incolumis cum quo saepe locutus eram.
quo vereare minus ne sim tibi crimen amicus, 25
invidiam, si qua est, auctor habere potest.
nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis
(hoc certe noli dissimulare) pater,
ingeniumque meum (potes hoc meminisse) probabat
plus etiam quam me iudice dignus eram ; 30
deque meis illo referebat versibus ore,
in quo pars magnae nobilitatis erat.
non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit,
sed prius auctori sunt data verba tuo.
nec data sunt, mihi crede, tamen : sed in omnibus actis
ultima si demas, vita tuenda mea est. 36

17 nomina *AGHLP* 34 sed sunt (sscr. prius *L³*) auctori
non tua (sscr. sunt data *L³*) uerba tuo *unde Riese* sed sunt a. iam
data uerba tuo

TRISTIVM LIBER IV

hanc quoque, qua perii, culpam scelus esse negabis,
 si tanti series sit tibi nota mali.
 aut timor aut error nobis, prius obfuit error.
 a, sine me fati non meminisse mei ; 40
 neve retractando nondum coeuntia rumpam
 vulnera : vix illis proderit ipsa quies.
 ergo ut iure damus poenas, sic afuit omne
 peccato facinus consiliumque meo ;
 idque deus sentit ; pro quo nec lumen ademptum, 45
 nec mihi detractas possidet alter opes.
 forsitan hanc ipsam, vivam modo, finiet olim,
 tempore cum fuerit lenior ira, fugam.
 nunc precor hinc alio iubeat discedere, si non
 nostra verecundo vota pudore carent. 50
 mitius exilium pauloque propinquius opto,
 quique sit a saevo longius hoste locus ;
 quantaque in Augusto clementia, si quis ab illo
 hoc peteret pro me, forsitan ille daret.
 frigida me cohibent Euxini litora Ponti : 55
 dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
 nam neque iactantur moderatis aequora ventis,
 nec placidos portus hospita navis adit.
 sunt circa gentes, quae praedam sanguine quaerunt ;
 nec minus infida terra timetur aqua. 60
 illi, quos audis hominum gaudere cruento,
 paene sub eiusdem sideris axe iacent.
 nec procul a nobis locus est, ubi Taurica dira
 caede pharetratae spargitur ara deae.
 haec prius, ut memorant, non invidiosa nefandis 65
 nec cupienda bonis regna Thoantis erant.

40 at *AHPVθω* 41 rumpam *AV*: rupem *LPO*(?) : rumpē
GHPω 47 uiuam *codicis Moreti manus* 2 : uiuam *aut* uiuant *Θ* :
 uiuant *L* : uiuat *Γω* 52 locus *ΘAHPVΣ* : locum *GLΣ* 53
 quantaque *LΟΣ* : tantaque *Γω* 56 Axenus *ΟΣ* : exinus *L* : euxinus
codd. plerique 58 adit *ΘL³VΣ* : adis *LΘ* : habet *AGHPω* 62
 sideris *ΘAL³* : frigoris *GHPVω* igne *ALΣ* 65 nefandi *L*

OVIDI NASONIS

hic pro subposita virgo Pelepeia cerva
 sacra deae coluit qualiacumque suae.
quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes
 exactus Furiis venerat ipse suis, 70
et comes exemplum veri Phoebeus amoris,
 qui duo corporibus mentibus unus erant,
protinus evincti tristem ducuntur ad aram,
 quae stabat geminas ante cruenta fores.
nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum ; 75
 alter ob alterius funera maestus erat.
et iam constiterat stricto mucrone sacerdos,
 cinxerat et Graias barbara vitta comas,
cum vice sermonis fratrem cognovit, et illi
 pro nece complexus Iphigenia dedit. 80
laeta deae signum crudelia sacra perosae
 transtulit ex illis in meliora locis.
haec igitur regio, magni paene ultima mundi,
 quam fugere homines dique, propinqua mihi est :
aque mea terra prope sunt funebria sacra, 85
 si modo Nasoni barbara terra sua est.
o utinam venti, quibus est ablatus Orestes,
placato referant et mea vela deo !

V

O MIHI dilectos inter pars prima sodales,
 unica fortunis ara reperta meis,
cuius ab alloquiis anima haec moribunda revixit,
 ut vigil infusa Pallade flamma solet ;

73 euicti ΘLV 76 ob . . . funera ΘLΣ: ab . . . funere
Γω 78 glaucas Λ: graglas Θ 85 aque Θ, *quod conjectura*
assecutus eram ed. 1889: atque ΛΓω mea terra ΘL: meam
terram Γω
V i sors Σ

TRISTIVM LIBER IV

qui veritus non es portus aperire fideles 5
 fulmine percussae confugiumque rati ;
 cuius eram censu non me sensurus egentem,
 si Caesar patrias eripuisset opes.
 temporis oblitum dum me rapit impetus huius,
 excidit heu nomen quam mihi paene tuum ! 10
 tu tamen agnoscis tactusque cupidine laudis,
 ‘ille ego sum’ cuperes dicere posse palam.
 certe ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,
 et raram famae conciliare fidem.
 ne noceam grato vereor tibi carmine, neve 15
 intempestivus nominis obstet honor.
 quod licet (hoc tutum est) intra tua pectora gaude
 meque tui memorem teque fuisse pium.
 utque facis, remis ad opem luctare ferendam,
 dum veniat placido mollior aura deo ; 20
 et tutare caput nulli servabile, si non
 qui mersit Stygia sublevet illud aqua ;
 teque, quod est rarum, praesta constanter ad omne
 indeclinatae munus amicitiae.
 sic tua processus habeat fortuna perennes, 25
 sic ope non egeas ipse iuvesque tuos ;
 sic aequet tua nupta virum bonitate perenni,
 incidat et vestro nulla querela toro ;
 diligat et semper socius de sanguinis illo,
 quo pius affectu Castora frater amat ; 30
 sic iuvenis similisque tibi sit natus, et illum
 moribus agnoscat quilibet esse tuum ;
 sic faciat socerum taeda te nata iugali,
 nec tardum iuveni det tibi nomen avi.

17 hoc *L*Σ : et Γω 20 ueniat ω : ueniet a ΓL(?) : ueniet Σ
 23 rarum LΓω ; cf. x. 121, Ib. 119 : gratum *Parisinus* 8239 ; cf.
Catull. 68. 9 27 nouitate *GL* : probitate *Withof* 28 rara
AGHLVΣ ; sed cf. *F. v.* 206 ‘inque meo non est ulla querela toro’

OVIDI NASONIS

VI

TEMPORE ruricolae patiens fit taurus aratri,
praebet et incurvo colla premenda iugo ;
tempore paret equus lentis animosus habenis,
et placido duros accipit ore lupos ;
tempore Poenorum compescitur ira leonum,
nec feritas animo, quae fuit ante, manet ;
quaeque sui monitis obtemperat Inda magistri
belua, servitium tempore victa subit.
tempus ut extensis tumeat facit uva racemis,
vixque merum capiant grana quod intus habent ;
tempus et in canas semen producit aristas,
et ne sint tristi poma sapore cavet.
hoc tenuat dentem terras renovantis aratri,
hoc rigidos silices, hoc adamanta terit ;
hoc etiam saevas paulatim mitigat iras,
hoc minuit luctus maestaque corda levat.
cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas
praeterquam curas attenuare meas.
ut patria careo, bis frugibus area trita est,
dissiluit nudo pressa bis uva pede.
nec quaesita tamen spatio patientia longo est,
mensque mali sensum nostra recentis habet.
scilicet et veteres fugiunt iuga saepe iuvenci,
et domitus freno saepe repugnat equus.
tristior est etiam praesens aerumna priore :
ut sit enim sibi par, crevit et aucta mora est.
nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt ;
nunc magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant.
est quoque non nihilum vires afferre recentes,
nec praecomsumptum temporis esse malis.

VI 7 iussis 20 12 cauet *L Leidensis* 177 : facit Γω 13 terram
L 25 : terra *L* renouantis *L* 25 : semouentis *L* : scindentis *GHP* 25 :
fidentis 25 : patientis *V* 28 nunc *L* : sed Γω 29 minimum Γω

TRISTIVM LIBER IV

fortior in fulva novus est luctator harena,
 quam cui sunt tarda brachia fessa mora.
 integer est melior nitidis gladiator in armis,
 quam cui tela suo sanguine tincta rubent.
 fert bene praecipites navis modo facta procellas : 35
 quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.
 nos quoque quae ferimus, tulimus patientius ante :
 vae, mala sunt longa multiplicata die.
 credite, deficio, nostroque a corpore quantum
 augor, accedunt tempora parva malis. 40
 nam neque sunt vires, nec qui color esse solebat :
 vix habeo tenuem, quae tegat ossa, cutem.
 corpore sed mens est aegro magis aegra, malique
 in circumspectu stat sine fine sui.
 urbis abest facies, absunt, mea cura, sodales,
 et, qua nulla mihi carior, uxor abest. 45
 vulgus adest Scythicum bracataque turba Getarum.
 sic me quae video non videoque movent.
 una tamen spes est, quae me soletur in istis,
 haec fore morte mea non diuturna mala. 50

VII

Bis me sol adiit gelidae post frigora brumae,
 bisque suum tacto Pisce peregit iter.
 tempore tam longo cur non tua dextera versus
 quamlibet in paucos officiosa fuit?
 cur tua cessavit pietas, scribentibus illis,
 exiguus nobis cum quibus usus erat? 5
 cur, quotiens alicui chartae sua vincula dempsi,
 illam speravi nomen habere tuum?
 di faciant ut saepe tua sit epistula dextra
 scripta, sed ex multis redditia nulla mihi. 10

38 vae *scripti*; cf. *Am.* iii. 6. 101 : quae *codd.* 48 me *L5*: mala
 Γω mouent *A(?)L5* : nocent *GHPVω*
 VII 7 totiens *HP5*

OVIDI NASONIS

quod precor, esse liquet. credam prius ora Medusae
Gorgonis anguinis cincta fuisse comis,
esse canes utero sub virginis, esse Chimaeram,
a truce quae flammis separat angue leam,
quadrupedesque hominis cum pectore pectora iunctos, 15
tergeminumque virum tergeminumque canem,
Sphingaque et Harpyias serpentipedesque Gigantas,
centimanumque Gyan semibovemque virum.
haec ego cuncta prius, quam te, carissime, credam
mutatum curam depositisse mei. 20
innumeris montes inter me teque viaeque
fluminaque et campi nec freta pauca iacent.
mille potest causis a te quae littera saepe
missa sit in nostras rara venire manus :
mille tamen causas scribendo vince frequenter, 25
excusem ne te semper, amice, mihi.

VIII

IAM mea cycneas imitantur tempora plumas,
inficit et nigras alba senecta comas.
iam subeunt anni fragiles et inertior aetas,
iamque parum firmo me mihi ferre grave est.
nunc erat, ut posito deberem fine laborum 5
vivere, me nullo sollicitante metu,
quaequae meae semper placuerunt otia menti
carpere et in studiis molliter esse meis,
et parvam celebrare domum veteresque Penates
et quae nunc domino rura paterna carent, 10
inque sinu dominae carisque sodalibus inque
securus patria consensisse mea.

12 anguinis *Marcianus* 223 (saec. xv) : anguineis Γω 15 homines
HPS : hominum AGVS
VIII 6 cum nullo AVS : iam n. Ellis

TRISTIVM LIBER IV

haec mea sic quondam peragi speraverat aetas :
 hos ego sic annos ponere dignus eram.
 non ita dis visum est, qui me terraque marique 15
 actum Sarmaticis exposuere locis.
 in cava ducuntur quassae navalia puppes,
 ne temere in mediis dissoluantur aquis.
 ne cadat et multas palmas inhonestet adeptus,
 languidus in pratis gramina carpit equus. 20
 miles ubi emeritis non est satis utilis annis,
 ponit ad antiquos, quae tulit, arma Lares.
 sic igitur, tarda vires minuente senecta,
 me quoque donari iam rude tempus erat.
 tempus erat nec me peregrinum ducere caelum, 25
 nec sicciam Getico fonte levare sitim,
 sed modo, quos habui, vacuos secedere in hortos,
 nunc hominum visu rursus et urbe frui.
 sic animo quondam non divinante futura
 optabam placide vivere posse senex. 30
 fata repugnarunt, quae, cum mihi tempora prima
 mollia praebuerint, posteriora gravant.
 iamque decem lustris omni sine labe peractis,
 parte premor vitae deteriore meae ;
 nec procul a metis, quas paene tenere videbar, 35
 curriculo gravis est facta ruina meo.
 ergo illum demens in me saevire coegi,
 mitius immensus quo nihil orbis habet ?
 ipsaque delictis victa est clementia nostris,
 nec tamen errori vita negata meo est ? 40
 vita procul patria peragenda sub axe Boreo,
 qua maris Euxini terra sinistra iacet.
 hoc mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa,
 esse videretur vanus uterque locus.

16 iactum *AHPV̄* 18 destituantur *ς* 19 ademptus *GV* :
 ademptos *A* : adeptas *ω* 21 ut *ς* 43 Delphi *Scaliger* :
delpis aut delphos codd.

OVIDI NASONIS

nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,
ut maneat rapido firmius igne Iovis ;
nil ita sublime est supraque pericula tendit,
non sit ut inferius suppositumque deo.
nam quamquam vitio pars est contracta malorum,
plus tamen exitii numinis ira dedit.
at vos admoniti nostris quoque casibus este,
aequantem superos emeruisse virum.

45

50

IX

Si licet et pateris, nomen facinusque tacebo,
et tua Lethaeis acta dabuntur aquis,
nostraque vincetur lacrimis clementia seris,
fac modo te pateat paenituisse tui ;
fac modo te damnes cupiasque eradere vitae
tempora, si possis, Tisiphonea tuae.
sin minus, et flagrant odio tua pectora nostro,
induet infelix arma coacta dolor.
sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem,
nostra suas istinc porriget ira manus.
omnia, si nescis, Caesar mihi iura reliquit,
et sola est patria poena carere mea.
et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo :
saepe Iovis telo quercus adusta viret.
denique vindictae si sit mihi nulla facultas,
Pierides vires et sua tela dabunt.
quod Scythicis habitem longe summotus in oris,
siccaque sint oculis proxima signa meis,
nostra per inmensas ibunt praeconia gentes,
quodque querar notum qua patet orbis erit.
ibit ad occasum quicquid dicemus ab ortu,
testis et Hesperiae vocis Eous erit.

10

15

20

IX 3 dementia *HPV* 10 istinc 5 : istic *GHPVω* : isto *AΣ* :
istuc 5 17 quod *Γω* ; cf. *H.* iv. 157 : cum 5 : ut 5

TRISTIVM LIBER IV

trans ego tellurem, trans altas audiar undas,
 et gemitus vox est magna futura mei.
 nec tua te sontem tantummodo saecula norint : 25
 perpetuae crimen posteritatis eris.
 iam feror in pugnas et nondum cornua sumpsi,
 nec mihi sumendi causa sit ulla velim.
 Circus adhuc cessat ; spargit iam torvus harenam
 taurus et infesto iam pede pulsat humum. 30
 hoc quoque, quam volui, plus est. cane, Musa, receptus,
 dum licet huic nomen dissimulare suum.

X

ILLE ego qui fuerim, tenerorum lusor amorum,
 quem legis, ut noris, accipe posteritas.
 Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
 milia qui noviens distat ab urbe decem.
 editus hic ego sum, nec non, ut tempora noris, 5
 cum cecidit fato consul uterque pari:
 si quid id est, usque a proavis vetus ordinis heres
 non modo fortunae munere factus eques.
 nec stirps prima fui ; genito sum fratre creatus,
 qui tribus ante quater mensibus ortus erat. 10
 Lucifer amborum natalibus affuit idem :
 una celebrata est per duo liba dies.
 haec est armiferae festis de quinque Minervae,
 quae fieri pugna prima cruenta solet.
 protinus excolimur teneri curaque parentis 15
 imus ad insignes urbis ab arte viros.
 frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo,
 fortia verbosi natus ad arma fori ;

²⁹ iam toruuus *GHPV*: tamen acer ω

X 5 hinc ζ 7 si quid id est, u. a p. *fragm. Oenipontanum*,
Aldina altera; cf. *Am.* iii. 15, 5 : si quid (quis V^5) et a p. usque est
 Γ^5 : si quid id a p. usque est ζ 13 *armigerae* ζ *fr. Oenipontanum*

OVIDI NASONIS

at mihi iam pueru caelestia sacra placebant,
inque suum furtim Musa trahebat opus. 20
saepe pater dixit ‘studium quid inutile temptas?
Maeonides nullas ipse reliquit opes.’
motus eram dictis, totoque Helicone relicto
scribere temptabam verba soluta modis.
sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos, 25
et quod temptabam dicere versus erat.
interea tacito passu labentibus annis
liberior fratri sumpta mihi que togā est,
induiturque umeris cum lato purpura clavo,
et studium nobis, quod fuit ante, manet. 30
iamque decem vitae frater geminaverat annos,
cum perit, et coepi parte carere mei.
cepimus et tenerae primos aetatis honores,
eque viris quondam pars tribus una fui.
curia restabat: clavi mensura coacta est; 35
maius erat nostris viribus illud onus.
nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
sollicitaque fugax ambitionis eram,
et petere Aoniae suadebant tuta sorores
otia, iudicio semper amata meo. 40
temporis illius colui fovique poetas,
quotque aderant vates, rebar adesse deos.
saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,
quaeque nocet serpens, quae iuvat herba, Macer,
saepe suos solitus recitare Propertius ignes, 45
iure sodalicii, quo mihi iunctus erat.
Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis
dulcia convictus membra fuere mei.

24 conabar *V* 26 conabar *S* scribere *GP* 29 humeros
HPV 30 sed *conieci* 34 hecque *HP*: deque *S* fr. *Oeni-*
pontanum 44 nocens *HP*: necet *A* iuuet *AH* 46 soda-
licio *S* qui *A*

TRISTIVM LIBER IV

et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
 dum ferit Ausonia carmina culta lyra. 50
 Vergilium vidi tantum : nec avara Tibullo
 tempus amicitiae fata dedere meae.
 successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi ;
 quartus ab his serie temporis ipse fui.
 utque ego maiores, sic me coluere minores,
 notaque non tarde facta Thalia mea est.
 carmina cum primum populo iuvenalia legi,
 barba resecta mihi bisve semelvē fuit.
 moverat ingenium totam cantata per urbem
 nomine non vero dicta Corinna mihi. 60
 multa quidem scripsi, sed, quae vitiosa putavi,
 emendaturis ignibus ipse dedi.
 tunc quoque, cum fugerem, quaedam placitura cremavi,
 iratus studio carminibusque meis.
 molle Cupidineis nec inexpugnabile telis 65
 cor mihi, quodque levis causa moveret, erat.
 cum tamen hic essem minimoque accenderer igni,
 nomine sub nostro fabula nulla fuit.
 paene mihi puer nec digna nec utilis uxor
 est data, quae tempus per breve nupta fuit. 70
 illi successit, quamvis sine crimine coniunx,
 non tamen in nostro firma futura toro.
 ultima, quae mecum seros permanxit in annos,
 sustinuit coniunx exulis esse viri.
 filia mea bis prima fecunda iuventa,
 sed non ex uno coniuge, fecit avum. 75
 et iam complerat genitor sua fata novemque
 addiderat lustris altera lustra novem.
 non aliter flevi, quam me fleturus ademptum
 ille fuit. matris proxima busta tuli. 80

51 amara 5 80 matrix *G* : matri *V5* iusta *Cuiacius*, *sed cf.*
Lucan. viii. 850 ‘summusque feret tua busta sacerdos’; *cf. Classical*
Quarterly viii. 30

OVIDI NASONIS

felices ambo tempestiveque sepulti,
ante diem poenae quod periere meae !
me quoque felicem, quod non viventibus illis
sum miser, et de me quod doluere nihil !
si tamen extinctis aliquid nisi nomina restant, 85
et gracilis structos effugit umbra rogos :
fama, parentales, si vos mea contigit, umbrae,
et sunt in Stygio crimina nostra foro,
scite, precor, causam (nec vos mihi fallere fas est)
errorem iussae, non scelus, esse fugae. 90
Manibus hoc satis est: ad vos, studiosa, revertor,
pectora, quae vitae quaeritis acta meae.
iam mihi canities pulsis melioribus annis
venerat, antiquas miscueratque comas,
postque meos ortus Pisaea vinctus oliva 95
abstulerat deciens praemia victor eques,
cum maris Euxini positos ad laeva Tomitas
quaerere me laesi principis ira iubet.
causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae
indicio non est testificanda meo. 100
quid referam comitumque nefas famulosque nocentes ?
ipsa multa tuli non leviora fuga.
indignata malis mens est succumbere seque
praestitit invictam viribus usa suis ;
oblitusque mei ductaeque per otia vitae 105
insolita cepi temporis arma manu.
totque tuli terra casus pelagoque quot inter
occultum stellae conspicuumque polum.
tacta mihi tandem longis erroribus acto
iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. 110

85 restat *GHPΣ*; sed cf. i. 2. 1, P. iv. 2. 45 92 qui Σ 96
equus Bentley: equis Strachan: codicum lectionem defendit Vogel
102 ipsa A: ipseque *GHPVω* 107 casus pelago terraque aut
casus terra pelagoque Σ

TRISTIVM LIBER IV

hic ego, finitimus quamvis circumsoner armis,
tristia, quo possum, carmine fata levo.
quod quamvis nemo est, cuius referatur ad aures,
sic tamen absumo decipioque diem.
ergo quod vivo durisque laboribus obsto, 115
nec me sollicitae taedia lucis habent,
gratia, Musa, tibi: nam tu solacia praebes,
tu curae requies, tu medicina venis.
tu dux et comes es, tu nos abducis ab Histro,
in medioque mihi das Helicone locum; 120
tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti
nomen, ab exequiis quod dare fama solet.
nec, qui detractat praesentia, Livor iniquo
ullum de nostris dente momordit opus.
nam tulerint magnos cum saecula nostra poetas, 125
non fuit ingenio fama maligna meo,
cumque ego paeponam multos mihi, non minor illis
dicor et in toto plurimus orbe legor.
si quid habent igitur vatum praesagia veri,
protinus ut moriar, non ero, terra, tuus. 130
sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam,
iure tibi grates, candide lector, ago.

LIBER QVINTVS

I

Hvnc quoque de Getico, nostri studiose, libellum
litore praemissis quattuor adde meis.
hic quoque talis erit, qualis fortuna poetae :
invenies toto carmine dulce nihil.
flebilis ut noster status est, ita fleibile carmen,
materiae scripto conveniente suae. 5
integer et laetus laeta et iuvenalia lusi :
illa tamen nunc me composuisse piget.
ut cecidi, subiti perago paeconia casus,
sumque argumenti conditor ipse mei. 10
utque iacens ripa deflere Caystrius ales
dicitur ore suam deficiente necem,
sic ego, Sarmaticas longe projectus in oras,
efficio tacitum ne mihi funus eat.
delicias si quis lascivaque carmina quaerit, 15
praemoneo, non est scripta quod ista legat.
aptior huic Gallus blandique Propertius oris,
aptior, ingenium come, Tibullus erit.
atque utinam numero non nos essemus in isto !
ei mihi, cur umquam Musa iocata mea est ? 20
sed dedimus poenas, Scythicique in finibus Histri
ille pharetrati lusor Amoris abest.
quod superest, animos ad publica carmina flexi,
et memores iussi nominis esse mei.

I 7 donec eram laetus *AHPV* 16 non est *Gronouius* : nostra
G(?)HPV : numquam *A(?)G²ω* : numquam *Tristia nostra legat Capo-*
ferreus 18 et plures, quorum nomina magna uigent ω 19
ne nos *P* : nos non ω 20 iocata Σ : locuta Γω 23 animos
AG, om. *H*, animos uel socios *sscr. H²* : animum *V* : socios *Pω* :
numeros *Ehwald* 24 sui *A Ehwald*

OVIDI NASONIS

si tamen ex vobis aliquis tam multa requiret, 25
 unde dolenda canam, multa dolenda tuli.
non haec ingenio, non haec componimus arte :
 materia est propriis ingeniosa malis.
et quota fortunae pars est in carmine nostrae ?
 felix, qui patitur quae numerare potest ! 30
quot frutices silvae, quot flavas Thybris harenas,
 mollia quot Martis grama campus habet,
tot mala pertulimus, quorum medicina quiesque
 nulla nisi in studio est Pieridumque mora.
'quis tibi, Naso, modus lacrimosi carminis ?' inquis : 35
 idem, fortunae qui modus huius erit.
quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat,
 nec mea sunt, fati verba sed ista mei.
at mihi si cara patriam cum coniuge reddas,
 sint vultus hilares, simque quod ante fui. 40
lenior invicti si sit mihi Caesaris ira,
 carmina laetitiae iam tibi plena dabo.
nec tamen ut lusit, rursus mea littera ludet :
 sit semel illa ioco luxuriata meo.
quod probet ipse, canam. poenae modo parte levata 45
 barbariam rigidos effugiamque Getas.
interea nostri quid agant, nisi triste, libelli ?
 tibia funeribus convenit ista meis.
'at poteras' inquis 'melius mala ferre silendo,
 et tacitus casus dissimulare tuos.' 50
exigis ut nulli gemitus tormenta sequantur,
 acceptoque gravi vulnere flere vetas ?
ipse Perilleo Phalaris permisit in aere
 edere mugitus et bovis ore queri.
cum Priami lacrimis offensus non sit Achilles, 55
 tu fletus inhibes, durior hoste, meos ?

44 ioco . . . mihi *Golling, Wiener Stud. xxx, p. 342*

TRISTIVM LIBER V

cum faceret Nioben orbam Latonia proles,
 non tamen et siccas iussit habere genas.
 est aliquid, fatale malum per verba levare :
 hoc querulam Procnen Halcyoneisque facit. 60
 hoc erat, in gelido quare Poeantius antro
 voce fatigaret Lemnia saxa sua.
 strangulat inclusus dolor atque exaestuat intus,
 cogitur et vires multiplicare suas.
 da veniam potius, vel totos tolle libellos, 65
 sic mihi quod prodest si tibi, lector, obest.
 sed neque obesse potest, ulli nec scripta fuerunt
 nostra nisi auctori perniciosa suo.
 'at mala sunt.' fateor. quis te mala sumere cogit ?
 aut quis deceptum ponere sumpta vetat ? 70
 ipse nec emendo, sed ut hic deducta legantur ;
 non sunt illa suo barbariora loco.
 nec me Roma suis debet conferre poetis :
 inter Sauromatas ingeniosus eram.
 denique nulla mihi captatur gloria, quaeque 75
 ingenii stimulos subdere fama solet.
 nolumus assiduis animum tabescere curis,
 quae tamen irrumpunt quoque vetantur eunt.
 cur scribam, docui. cur mittam, quaeritis, isto ?
 vobiscum cupio quolibet esse modo. 80

II

EcqVID ubi e Ponto nova venit epistula, palles,
 et tibi sollicita solvitur illa manu ?
 pone metum, valeo ; corpusque, quod ante laborum
 inpatiens nobis invalidumque fuit,

58 et *AGHVΣ* : hanc *PΣ* 63 exaestuat *APVΣ* : *III* estuat *G* :
 extuat *H* : cor aestuat *Gω* 66 sic . . . si *VΣ* : sit . . . si *AGHP* :
 si . . . hoc ω 67 *interpungebatur post ulli, sed uide ad i. 5. 1*
 71 emendo *Γ* : hoc mando ω ; cf. *Classical Quarterly* viii. 30 76
ingenii G : *ingenii AHPV* : *ingenio ω* 79 isto *Heinsius* : *istos Γω*

OVIDI NASONIS

sufficit, atque ipso vexatum induruit usu. 5
an magis infirmo non vacat esse mihi?
mens tamen aegra iacet, nec tempore robora sumpsit,
affectusque animi, qui fuit ante, manet.
quaeque mora spatioque suo coitura putavi
vulnera non aliter quam modo facta dolent. 10
scilicet exiguis prodest annosa vetustas;
grandibus accedunt tempore damna malis.
paene decem totis aluit Poeantius annis
pestiferum tumido vulnus ab angue datum.
Telephus aeterna consumptus tabe perisset, 15
si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.
et mea, si facinus nullum commisimus, opto,
vulnera qui fecit, facta levare velit,
contentusque mei iam tandem parte doloris
exiguum pleno de mare demat aquae. 20
detrahat ut multum, multum restabit acerbi,
parsque meae poenae totius instar erit.
litora quot conchas, quot amoena rosaria flores,
quotve soporiferum grana papaver habet,
silva feras quot alit, quot piscibus unda natatur, 25
quot tenerum pennis aera pulsat avis,
tot premor adversis: quae si comprehendere coner,
Icariae numerum dicere coner aquae.
utque viae casus, ut amara pericula ponti,
ut taceam strictas in mea fata manus, 30
barbara me tellus orbisque novissima magni
. sustinet et saevo cinctus ab hoste locus.
hinc ego traicerer (neque enim mea culpa cruenta est)
esset, quae debet, si tibi cura mei.
ille deus, bene quo Romana potentia nixa est, 35
saepe suo victor lenis in hoste fuit.

II 21 acerui *GHPV*: aceruo *Turonensis* 23 am. rosaria ω:
amoenos hostia (postia *A*) Γ 33 traicerem *G*: transigerer *V*

TRISTIVM LIBER V

quid dubitas et tuta times? accede rogaque:
 Caesare nil ingens mitius orbis habet.
 me miserum! quid agam, si proxima quaeque relinquunt?
 subtrahis effracto tu quoque colla iugo?
 quo ferar? unde petam lassis solacia rebus?
 ancora iam nostram non tenet ulla ratem.
 videris. ipse sacram, quamvis invisus, ad aram
 confugiam: nullas summovet ara manus.

ALLOQVOR en absens absentia numina supplex, 45
 si fas est homini cum Iove posse loqui.
 arbiter imperii, quo certum est sospite cunctos
 Ausoniae curam gentis habere deos,
 o decus, o patriae per te florentis imago,
 o vir non ipso, quem regis, orbe minor 50
 (sic habites terras et te desideret aether,
 sic ad pacta tibi sidera tardus eas)
 parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem
 deme: satis poenae, quod superabit, erit.
 ira quidem moderata tua est, vitamque dedisti,
 nec mihi ius civis nec mihi nomen abest, 55
 nec mea concessa est aliis fortuna, nec exul
 edicti verbis nominor ipse tui.
 omniaque haec timui, quia me meruisse videbam;
 sed tua peccato lenior ira meo est. 60
 arva relegatum iussisti visere Ponti,
 et Scythicum profuga scindere puppe fretum.
 iussus ad Euxini deformia litora veni
 aequoris (haec gelido terra sub axe iacet)

40 e fracto PV⁵: et fracto 5 41 lapsis 5 43 uideris
Ehwald, Kritische Beiträge z. Epistulae ex Ponto, p. 12: uiderit codd.
 ‘uideris (inquit Ouidius) mea uxori. ipse quoque deprecator ad Augustum
 confugiam.’ sequitur precatio uu. 45-78 45 priori continuant 5
Heinsius 59 quia me . . . uidebam Γ: quoniam . . . uidebar ω

OVIDI NASONIS

nec me tam cruciat numquam sine frigore caelum, 65
glaebaque canenti semper obusta gelu,
nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinae,
Graecaque quod Getico victa loqua sono est,
quam quod finitimo cinctus premor undique Marte,
vixque brevis tutum murus ab hoste facit. 70
pax tamen interdum est, pacis fiducia numquam.
sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus.
hinc ego dum muter, vel me Zanclaea Charybdis
devoret atque suis ad Styga mittat aquis,
vel rapidae flammis urar patienter in Aetnae, 75
vel freta Leucadii mittar in alta dei.
quod petimus, poena est: neque enim miser esse recuso,
sed precor ut possim tutius esse miser.

III

ILLA dies haec est, qua te celebrare poetae,
si modo non fallunt tempora, Bacche, solent,
festaque odoratis innectunt tempora sertis,
et dicunt laudes ad tua vina tuas.
inter quos, memini, dum me mea fata sinebant, 5
non invisa tibi pars ego saepe fui,
quem nunc suppositum stellis Cynosuridos Vrsae
iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
quiique prius mollem vacuamque laboribus egi
in studiis vitam Pieridumque choro, 10
nunc procul a patria Geticis circumsonor armis,
multa prius pelago multaque passus humo.
sive mihi casus sive hoc dedit ira deorum,
nubila nascenti seu mihi Parca fuit,
tu tamen e sacris hederae cultoribus unum 15
numine debueras sustinuisse tuo.

67 nescia quam est *HP* 68 graiaeque 5 iuncta *G* (corr. *G²*):
iuncta *AV* 69 finitima . . . morte *AGHV* 70 tutum *P*: tutos
AGHV 76 leucadio . . . deo *AV*
III. 7 Erymanthidos 5: cf. i. 4. 1 15 hederae *GV*: me de *AGHPS*

TRISTIVM LIBER V

an dominae fati quicquid cecinere sorores,
 omne sub arbitrio desinit esse dei?
 ipse quoque aetherias meritis invectus es arces,
 quo non exiguo facta labore via est. 20
 nec patria est habitata tibi, sed adusque nivosum
 Strymona venisti Marticolamque Geten,
 Persidaque et lato spatiantem flumine Gangen,
 et quascumque bibt decolor Indus aquas.
 scilicet hanc legem nentes fatalia Parcae 25
 stamina bis genito bis cecinere tibi.
 me quoque, si fas est exemplis ire deorum,
 ferrea sors vitae difficilisque premit.
 illo nec levius cecidi, quem magna locutum
 reppulit a Thebis Iuppiter igne suo. 30
 ut tamen audisti percutsum fulmine vatem,
 admonitu matris condoluisse potes,
 et potes aspiciens circum tua sacra poetas
 'nescioquis nostri' dicere 'cultur abest.'
 fer, bone Liber, opem: sic altera degravet ulmum 35
 vitis et incluso plena sit uva mero,
 sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava iuventus
 adsit, et attonito non taceare sono,
 ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi,
 impia nec poena Pentheos umbra vacet, 40
 sic micet aeternum vicinaque sidera vincat
 coniugis in caelo clara corona tuae:
 huc ades et casus releves, pulcherrime, nostros,
 unum de numero me memor esse tuo.
 sunt dis inter se commercia. flectere tempta 45
 Caesareum numen numine, Bacche, tuo.
 vos quoque, consortes studii, pia turba, poetae,
 haec eadem sumpto quisque rogate mero.

24 discolor ζ 35 altam $P\zeta$ 37 grata aut laeta ζ 40 uacet
 $A\zeta$: caret $GHPV\zeta$

OVIDI NASONIS

atque aliquis vestrum, Nasonis nomine dicto,
 opponat lacrimis pocula mixta suis, 50
admonitusque mei, cum circumspexerit omnes,
 dicat ‘ubi est nostri pars modo Naso chor?’
idque ita, si vestrum merui candore favorem,
 nullaque iudicio littera laesa meo est,
si, veterum digne veneror cum scripta virorum, 55
 proxima non illis esse minora reor.
sic igitur dextro faciat Apolline carmen:
 quod licet, inter vos nomen habete meum.

IV

LITORE ab Euxino Nasonis epistula veni,
 lassaque facta mari lassaque facta via,
qui mihi flens dixit ‘tu, cui licet, aspice Romam.
 heu quanto melior sors tua sorte mea est !’
flens quoque me scripsit: nec qua signabar, ad os est 5
 ante, sed ad madidas gemma relata genas.
tristitiae causam si quis cognoscere querit,
 ostendi solem postulat ille sibi,
nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato
 gramina, nec pleno flumine cernit aquam; 10
quid Priamus doleat, mirabitur, Hectore rapto,
 quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.
di facerent utinam talis status esset in illo,
 ut non tristitiae causa dolenda foret!
fert tamen, ut debet, casus patienter amaros, 15
 more nec indomiti frena recusat equi.
nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
 conscious in culpa non scelus esse sua.
saepe refert, sit quanta dei clementia, cuius
 se quoque in exemplis adnumerare solet : 20

50 apponat *AGS*: deponat 5 labris *Ehwald*; *sed cf. Schreuders*
Obs. in Pont. p. 58
IV 10 aquas *G5* 14 ut non *I5*: ne mihi 5

TRISTIVM LIBER V

nam, quod opes teneat patrias, quod nomina civis,
 denique quod vivat, munus habere dei.
 te tamen (o, si quid credis mihi, carior illi
 omnibus) in toto pectore semper habet ;
 teque Menoetiaden, te, qui comitatus Oresten, 25
 te vocat Aegiden Euryalumque suum.
 nec patriam magis ille suam desiderat et quae
 plurima cum patria sentit abesse sibi,
 quam vultus oculosque tuos, o dulcior illo
 melle, quod in ceris Attica ponit apis. 30
 saepe etiam maerens tempus reminiscitur illud,
 quod non praeventum morte fuisse dolet ;
 cumque alii fugerent subitae contagia cladis,
 nec vellent icta limen adire domus,
 te sibi cum paucis meminit mansisse fidem, 35
 si paucos aliquis tresve duosve vocat.
 quamvis attonitus, sensit tamen omnia, nec te
 se minus adversis indoluisse suis.
 verba solet vultumque tuum gemitusque referre,
 et te flente suos emaduisse sinus : 40
 quam sibi praestiteris, qua consolatus amicum
 sis ope, solandus cum simul ipse fores.
 pro quibus affirmat fore se memoremque piumque,
 sive diem videat sive tegatur humo,
 per caput ipse suum solitus iurare tuumque, 45
 quod scio non illi vilius esse suo.
 plena tot ac tantis referetur gratia factis,
 nec sinet ille tuos litus arare boves.
 fac modo, constanter profugum tueare : quod ille,
 qui bene te novit, non rogat, ipsa rogo. 50

V

ANNVS assuetum dominae natalis honorem
 exigit : ite manus ad pia sacra meae.

23 carius ille ♂

40 demaduisse ω : inmaduisse ♂

OVIDI NASONIS

sic quondam festum Laertius egerat heros
forsan in extremo coniugis orbe diem.
lingua favens adsit, nostrorum oblita malorum, 5
quae, puto, dedidicit iam bona verba loqui ;
quaeque semel toto vestis mihi sumitur anno,
sumatur fatis discolor alba meis ;
araque gramineo viridis de caespite fiat,
et velet tepidos nexa corona focos. 10
da mihi tura, puer, pingues facientia flamas,
quodque pio fusum stridat in igne merum.
optime natalis ! quamvis procul absumus, opto
candidus huc venias dissimilisque meo,
si quod et instabat dominae miserabile vulnus, 15
sit perfuncta meis tempus in omne malis ;
quaeque gravi nuper plus quam quassata procella est,
quod superest, tutum per mare navis eat.
illa domo nataque sua patriaque fruatur
(erepta haec uni sit satis esse mihi) 20
quatenus et non est in caro coniuge felix,
pars vitae tristi cetera nube vacet.
vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens,
consumatque annos, sed diuturna, suos.
adicerem et nostros, sed ne contagia fati 25
corrumpant timeo, quos agit ipsa, mei.
nil homini certum est. fieri quis posse putaret,
ut facerem in mediis haec ego sacra Getis ?
aspice ut aura tamen fumos e ture coortos
in partes Italas et loca dextra ferat. 30
sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis :
consilio fugiunt aethera, Ponte, tuum.
consilio, commune sacrum cum fiat in ara
fratribus, alterna qui periere manu,

V 16 defuncta 5 32 consilio . . . aethera, Ponte *Withof*:
consilium . . . cetera pene Γω

TRISTIVM LIBER V

ipsa sibi discors, tamquam mandetur ab illis,
scinditur in partes atra favilla duas. 35
hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar,
et me Battiaedes iudice falsus erat:
omnia nunc credo, cum tu non stultus ab Arcto
terga vapor dederis Ausioniamque petas. 40
haec ergo lux est, quae si non orta fuisset,
nulla fuit misero festa videnda mihi.
edidit haec mores illis heroisin aequos,
quis erat Eetion Icariusque pater.
nata pudicitia est, virtus probitasque, fidesque,
at non sunt ista gaudia nata die, 45
sed labor et curae fortunaque moribus inpar,
iustaque de viduo paene querela toro.
scilicet adversis probitas exercita rebus
tristi materiam tempore laudis habet.
si nihil infesti durus vidisset Vlixes, 50
Penelope felix sed sine laude foret.
victor Echionias si vir penetrasset in arces,
forsitan Euadnen vix sua nosset humus.
cum Pelia genitae tot sint, cur nobilis una est ?
nempe fuit misero nupta quod una viro. 55
effice ut Iliacas tangat prior alter harenas,
Laudamia nihil cur referatur erit.
et tua, quod malles, pietas ignota maneret,
implerent venti si mea vela sui. 60
di tamen et Caesar dis accessure, sed olim,
aequarint Pylios cum tua fata dies,
non mihi, qui poenam fateor meruisse, sed illi
parcite, quae nullo digna dolore dolet.

41 h. igitur ζ 43 heroisin *Salmasius*: heroibus $\Gamma\omega$ 45
virtus *scripti*; cf. i. 6. 15; iv. 3. 80; v. 14. 24: nata est *Ehwald*:
moris $\Gamma\zeta$: mores ζ : morum ζ ; cf. iii. 7. 13: ista *Vogel* 46 fide
AHPV ζ : die uel fide *G* 55 cur cognita nobis ζ 59 mallem *A*

OVIDI NASONIS

VI

Tv quoque, nostrarum quandam fiducia rerum,
qui mihi confugium, qui mihi portus eras,
tu quoque suscepti curam dimitis amici,
officiique pium tam cito ponis onus?
sarcina sum, fateor, quam si non tempore nostro
depositurus eras, non subeunda fuit.
fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis?
ne fuge, neve tua sit minor arte fides.
numquid Achilleos inter fera proelia fidi
deseruit levitas Automedontis equos?
quem semel exceptit, numquam Podalirius aegro
promissam medicae non tulit artis opem.
turpius eicitur, quam non admittitur hospes:
quae patuit, dextrae firma sit ara meae.
nil nisi me solum primo tutatus es; at nunc
me pariter serva iudiciumque tuum,
si modo non aliqua est in me nova culpa, tuamque
mutarunt subito crimina nostra fidem.
spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,
quod cupio, membris exeat ante meis,
quam tua delicto stringantur pectora nostro,
et videar merito vilior esse tibi.
non adeo toti fatis urgemur iniquis,
ut mea sit longis mens quoque mota malis.
finge tamen motam, quotiens Agamemnone natum
dixisse in Pyladen improba verba putas?
nec procul a vero est quin et pulsarit amicum:
mansit in officiis non minus ille suis.
hoc est cum miseris solum commune beatis,
ambobus tribui quod solet obsequium:

5

10

15

20

25

30

VI 5 quam si non *AGHP*: quamuis sine *V*: quam si tu *5*:
quam si modo *5* nostro *AHPV*; cf. *Liu.* xxxviii. 45. 10: duro
Gw 26 improba verba] uerba proterua *5* 27 quin et *Berolinensis*: quin uel *5* : quod non *Gw*

TRISTIVM LIBER V

ceditur et caecis et quos praetexta verendos
 virgaque cum verbis imperiosa facit.
 si mihi non parcis, fortunae parcere debes:
 non habet in nobis ullius ira locum.
 elige nostrorum minimum minimumque laborum, 35
 isto, quod reris, grandius illud erit.
 quam multa madidae celantur harundine fossae,
 florida quam multas Hybla tuetur apes,
 quam multae gracili terrena sub horrea ferre
 limite formicæ grana reperta solent, 40
 tam me circumstat densorum turba malorum.
 crede mihi, vero est nostra querela minor.
 his qui contentus non est, in litus harenas,
 in segetem spicas, in mare fundat aquas.
 intempestivos igitur compesce tumores, 45
 vela nec in medio desere nostra mari.

VII

QVAM legis, ex illa tibi venit epistula terra,
 latus ubi aequoreis additur Hister aquis.
 si tibi contingit cum dulci vita salute,
 candida fortunae pars manet una meae.
 scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quaeris, 5
 quamvis hoc vel me scire tacente potes.
 sum miser, haec brevis est nostrorum summa malorum,
 quisquis et offenso Caesare vivit, erit.
 turba Tomitanæ quae sit regionis et inter
 quos habitem mores, discere cura tibi est? 10
 mixta sit haec quamvis inter Graecosque Getasque,
 a male pacatis plus trahit ora Getis.

35 laborum *AHPV̄* 36 illo *AHPV* quo *HPV̄* reris *A* :
 quereris *cett. codd.* 37 celebrantur *5* 41 circumstant *5* : cir-
 cumdat *AG* : circumdant *HPV* 45 tumores *5* : timores *Geo*
 VII 8 uiuet *5*

OVIDI NASONIS

Sarmaticae maior Geticaeque frequentia gentis
per medias in equis itque reditque vias.
in quibus est nemo, qui non coryton et arcum
telaque vipereo lurida felle gerat. 15

vox fera, trux vultus, verissima Martis imago,
non coma, non ulla barba resecta manu,
dextera non segnis fixo dare vulnera cultro,
quem iunctum lateri barbarus omnis habet. 20

vivit in his heu nunc, lusorum oblitus amorum,
hos videt, hos vates audit, amice, tuus :
atque utinam vivat non et moriatur in illis,
absit ab invisis et tamen umbra locis. 25

carmina quod pleno saltari nostra theatro,
versibus et plaudi scribis, amice, meis,
nil equidem feci (tu scis hoc ipse) theatris,
Musa nec in plausus ambitiosa mea est. 30

non tamen ingratum est, quodcumque oblivia nostri
impedit et profugi nomen in ora refert.
quamvis interdum, quae me laesisse recordor, 35

carmina devoveo Pieridasque meas,
cum bene devovi, nequeo tamen esse sine illis,
vulneribusque meis tela cruenta sequor,
quaequ modo Euboicis lacerata est fluctibus, audet

Graia Capheream currere puppis aquam.
nec tamen, ut lauder, vigilo curamque futuri
nominis, utilius quod latuisset, ago. 40

detineo studiis animum falloque dolores,
exerior curis et dare verba meis.
quid potius faciam desertis solus in oris,
quamve malis aliam quaerere coner opem ?

17 Martis *Gothani manus secunda*: mortis Γω: mentis *Housman*
20 *uiuctum* Σ 21 nunc lusorum *Ehwald*: nullus eorum (*om. eorum*
AH) *AGH*: his nullus tenerorum *P*: uiuit in illis nullus eorum *V*:
nasō aut igitur tenerorum Σ 23 non et *Heinsius*: et non Γω 24 ut
tamen *Parisinus* 825 36 Capharea... aqua *AHPΣ* 42 cogar Σ

TRISTIVM LIBER V

sive locum specto, locus est inamabilis, et quo
 esse nihil toto tristius orbe potest,
 sive homines, vix sunt homines hoc nomine digni, 45
 quamque lupi, saevae plus feritatis habent.
 non metuunt leges, sed cedit viribus aequum,
 victaque pugnaci iura sub ense iacent.
 bellibus et laxis arcent mala frigora bracis,
 oraque sunt longis horrida tecta comis. 50
 in paucis remanent Graecae vestigia linguae,
 haec quoque iam Getico barbara facta sono.
 unus in hoc nemo est populo, qui forte Latine
 quaelibet e medio reddere verba queat.
 ille ego Romanus vates (ignoscite, Musae) 55
 Sarmatico cogor plurima more loqui.
 en pudet et fateor, iam desuetudine longa
 vix subeunt ipsi verba Latina mihi.
 nec dubito quin sint et in hoc non pauca libello
 barbara : non hominis culpa, sed ista loci. 60
 ne tamen Ausoniae perdam commercia linguae,
 et fiat patrio vox mea muta sono,
 ipse loquor tecum desuetaque verba retracto,
 et studii repeteo signa sinistra mei.
 sic animum tempusque traho, sic meque reduco 65
 a contemplatu summoveoque mali.
 carminibus quaero miserarum oblia rerum :
 praemia si studio consequar ista, sat est.

VIII

NON adeo cecidi, quamvis abiectus, ut infra
 te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.
 quae tibi res animos in me facit, improbe? curve
 casibus insultas, quos potes ipse pati?

53 nemo . . . populo *GHPVS* : populo uix est *A* : non est p. *aut*
 p. non est *S* 65 sic meque *Gothanus*; cf. *M.* xiv. 30 : me sique.
AS : mecumque *GHPV* : meque ipse *S* 66 dimoueoque *S*

OVIDI NASONIS

nec mala te reddunt mitem placidumque iacenti 5
nostra, quibus possint inlacrimare ferae ;
nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe
numen, et exosae verba superba deae.
exigit a dignis ultrix Rhamnusia poenas :
 inposito calcas quid mea fata pede ? 10
vidi ego naufragium qui risit in aequora mergi,
 et 'numquam' dixi 'iustior unda fuit.'
vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
 nunc mendicato pascitur ipse cibo.
passibus ambiguis Fortuna volubilis errat 15
 et manet in nullo certa tenaxque loco,
sed modo laeta venit, vultus modo sumit acerbos,
 et tantum constans in levitate sua est.
nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus,
 flammaque de stipula nostra brevisque fuit. 20
neve tamen tota capias fera gaudia mente,
 non est placandi spes mihi nulla dei,
vel quia peccavi citra scelus, utque pudore
 non caret, invidia sic mea culpa caret,
vel quia nil ingens ad finem solis ab ortu. 25
 illo, cui paret, mitius orbis habet.
scilicet ut non est per vim superabilis ulli,
 molle cor ad timidas sic habet ille preces,
exemplaque deum, quibus accessurus et ipse est,
 cum poenae venia plura roganda dabit. 30
si numeres anno soles et nubila toto,
 invenies nitidum saepiusisse diem.
ergo ne nimium nostra laetere ruina,
 restitui quondam me quoque posse puta :

VIII 9 exigis *HP*: exigit *A* at dignes *A* 10 qui *A* colla *A*
11 naufragium qui risit *Mencken* : naufragiumque uiros et *Gamma* ae-
quore *A* 17 uenit *Heinsius* : manet *Gamma* 30 regenda *A* :
rogata *conieci* dabit *T. Faber* : petam *Gamma* 32 isse *A*; cf. *M.*
ii. 331 : esse *Gamma*

TRISTIVM LIBER V

posse puta fieri lenito principe vultus 35
 ut videas media tristis in urbe meos,
 utque ego te videam causa graviore fugatum,
 haec sunt a primis proxima vota meis.

IX

O TVA si sineres in nostris nomina poni
 carminibus, positus quam mihi saepe fores !
 te canerem solum, meriti memor, inque libellis
 crevisset sine te pagina nulla meis.
 quid tibi deberem, tota sciretur in urbe, 5
 exul in amissa si tamen urbe legor.
 te praesens mitem nosset, te senior aetas,
 scripta vetustatem si modo nostra ferunt,
 nec tibi cessaret doctus bene dicere lector :
 hic te servato vate maneret honor. 10
 Caesaris est primum munus, quod ducimus auras ;
 gratia post magnos est tibi habenda deos.
 ille dedit vitam ; tu, quam dedit ille, tueris,
 et facis accepto munere posse frui.
 cumque perhorruerit casus pars maxima nostros, 15
 pars etiam credi pertimus velit,
 naufragiumque meum tumulo spectarit ab alto,
 nec dederit nanti per freta saeva manum,
 seminecem Stygia revocasti solus ab unda.
 hoc quoque, quod memores possumus esse, tuum est. 20
 di tibi se tribuant cum Caesare semper amicos :
 non potuit votum plenius esse meum.
 haec meus argutis, si tu paterere, libellis
 poneret in multa luce videnda labor ;
 nunc quoque se, quamvis est iussa quiescere, quin te 25
 nominet invitum, vix mea Musa tenet.

IX 6 legar 5 8 ferant 5 15 perhorreret ω 17 spectarit
Heinsius : spectaret Γω 25 se quamuis est *Naugerius e codicibus*
nescioquibus : iam quamuis est Α : quamuis est iam *GHPVω*

OVIDI NASONIS

utque canem pavidae nactum vestigia cervae
latrantem frustra copula dura tenet,
utque fores nondum reserati carceris acer
nunc pede, nunc ipsa fronte lacescit equus, 30
sic mea lege data vincita atque inclusa Thalia
per titulum vetiti nominis ire cupit.
ne tamen officio memoris laedaris amici,
parebo iussis (parce timere) tuis.
at non parerem, nisi me meminisse putares. 35
hoc quod non prohibet vox tua, gratus ero.
dumque (quod o breve sit!) lumen vitale videbo,
serviet officio spiritus iste tuo.

X

Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Hister,
facta est Euxini dura ter unda maris.
at mihi iam videor patria procul esse tot annis,
Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit.
stare putas, adeo procedunt tempora tarde, 5
et peragit lentis passibus annus iter.
nec mihi solstitium quicquam de noctibus aufert,
efficit angustos nec mihi bruma dies.
scilicet in nobis rerum natura novata est,
cumque meis curis omnia longa facit. 10
an peragunt solitos communia tempora motus,
stantque magis vitae tempora dura meae?
quem tenet Euxini mendax cognomine litus,
et Scythici vere terra sinistra freti.
innumerae circa gentes fera bella minantur, 15
quaes sibi non rapto vivere turpe putant.

28 luctantem 5 31 Thalia Aω: uoluntas GHPV 38 ipse
AHPV
X 12 stantque *Housman*: suntque Γω suntque . . . uersa *coniecī*
13 litus 5 : tellus GHPV: tempus A: pontus ω 16 raptu GHV

TRISTIVM LIBER V

nil extra tutum est : tumulus defenditur ipse
 moenibus exiguis ingenioque loci.
 cum minime credas, ut aves, densissimus hostis
 advolat, et praedam vix bene visus agit. 20
 saepe intra muros clausis venientia portis
 per medias legimus noxia tela vias.
 est igitur rarus, rus qui colere audeat, isque
 hac arat infelix, hac tenet arma manu.
 sub galea pastor iunctis pice cantat avenis,
 proque lupo pavidae bella verentur oves. 25
 vix ope castelli defendimur ; et tamen intus
 mixta facit Graecis barbara turba metum.
 quippe simul nobis habitat discrimine nullo
 barbarus et tecti plus quoque parte tenet.
 quorum ut non timeas, possis odisse videndo
 pellibus et longa pectora tecta coma. 30
 hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,
 pro patrio cultu Persica braca tegit.
 exercent illi sociae commercia linguae :
 per gestum res est significanda mihi. 35
 barbarus hic ego sum, qui non intellegor ulli,
 et rident stolidi verba Latina Getae ;
 meque palam de me tuto mala saepe loquuntur,
 forsitan obiciunt exiliumque mihi. 40
 utque fit, in me aliquid facti, dicentibus illis
 abnuerim quotiens annuerimque, putant.
 adde quod iniustum rigido ius dicitur ense,
 dantur et in medio vulnera saepe foro.
 o duram Lachesin, quae tam grave sidus habenti
 fila dedit vitae non breviora meae ! 45

17 ipse] aegre 5 19 aus 45 23 rus qui *Heinsius* : qui
 rus *Bodleianus Rawl.* 107 : qui iam Γω 31 quos Αω 37 quia 5
 41 facti scripsi ; cf. *M.* xii. 57 (*Classical Quarterly* viii. 31) : siquidem
GHPV : si quid Αω in se (*Schenkl*) aliquid fingi *Ellis* : utque fi-
 insidias, si quid *Vogel* 43 et iustum *GHPV*

OVIDI NASONIS

quod patriae vultu vestroque caremus, amici,
atque hic in Scythicis gentibus esse queror :
utraque poena gravis. merui tamen urbe carere,
non merui tali forsitan esse loco. 50
quid loquor, a ! demens ? ipsam quoque perdere vitam,
Caesaris offenso 'numine. dignus eram.

XI

QVOD te nescioquis per iurgia dixerit esse
exulis uxorem, littera questa tua est.
indolui, non tam mea quod fortuna male audit,
qui iam consuevi fortiter esse miser,
quam quod cui minime vellem, sum causa pudoris, 5
teque reor nostris erubuisse malis.
perfer et obdura ; multo graviora tulisti,
eripuit cum me principis ira tibi.
fallitur iste tamen, quo iudice nominor exul :
mollior est culpam poena secuta meam. 10
maxima poena mihi est ipsum offendisse, priusque
venisset mallem funeris hora mihi.
quassa tamen nostra est, non mersa nec obruta navis,
utque caret portu, sic tamen extat aquis.
nec vitam nec opes nec ius mihi civis ademit, 15
qui merui vitio perdere cuncta meo.
sed quia peccato facinus non affuit illi,
nil nisi me patriis iussit abesse foci.
utque aliis, quorum numerum comprehendere non est
Caesareum numen sic mihi mite fuit. 20
ipse relegati, non exulis utitur in me
nomine : tuta suo iudice causa mea est.
iure igitur laudes, Caesar, pro parte virili
carmina nostra tuas qualiacumque canunt :

XI 13 mersa] fracta *P* 16 quae *S*

TRISTIVM LIBER V

iure deos, ut adhuc caeli tibi limina claudant, 25
teque velint sine se, comprecor, esse deum.
optat idem populus; sed, ut in mare fiumina vastum,
sic solet exiguae currere rivus aquae.
at tu fortunam, cuius vocor exul ab ore,
nomine mendaci parce gravare meam. 30

XII

SCRIBIS, ut oblectem studio lacrimabile tempus,
ne pereant turpi pectora nostra situ.
difficile est quod, amice, mones, quia carmina laetum
sunt opus, et pacem mentis habere volunt.
nostra per adversas agitur fortuna procellas, 5
sorte nec ulla mea tristior esse potest.
exigis ut Priamus natorum funere plaudat,
et Niobe festos ducat ut orba choros.
luctibus an studio videor debere teneri,
solus in extremos iussus abire Getas? 10
des licet in valido pectus mihi robore fultum,
fama refert Anyti quale fuisse reo,
fracta cadet tantae sapientia mole ruinae:
plus valet humanis viribus ira dei.
ille senex, dictus sapiens ab Apolline, nullum 15
scribere in hoc casu sustinuissest opus.
ut veniant patriae, veniant oblivia vestri,
omnis ut amissi sensus abesse queat,
at timor officio fungi vetat ipse quietum:
cinctus ab innumero me tenet hoste locus. 20
adde quod ingenium longa rubigine laesum
torpet et est multo, quam fuit ante, minus.
fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

XII 7 ludat APω 12 rei ω: senis A 17 nostri ΓΣ 19 ipse
ς: esse Γω: ecce Guethling 23 renouetur APω: remouetur H

OVIDI NASONIS

tempore qui longo steterit, male curret et inter carceribus missos ultimus ibit equus. 25
vertitur in teneram cariem rimisque dehiscit, siqua diu solitis cumba vacavit aquis.
me quoque despera, fuerim cum parvus et ante, illi, qui fueram, posse redire parem. 30
contudit ingenium patientia longa malorum, et pars antiqui nulla vigoris adest.
siqua tamen nobis, ut nunc quoque, sumpta tabella est, inque suos volui cogere verba pedes,
carmina nulla mihi sunt scripta, aut qualia cernis, 35 digna sui domini tempore, digna loco.
denique ‘non parvas animo dat gloria vires,
et fecunda facit pectora laudis amor.’
nominis et famae quondam fulgore trahebar,
dum tulit antemnas aura secunda meas. 40
non adeo est bene nunc ut sit mihi gloria curae :
si liceat, nulli cognitus esse velim.
an quia cesserunt primo bene carmina, suades scribere, successus ut sequar ipse meos ?
pace, novem, vestra liceat dixisse, sorores : 45
vos estis nostrae maxima causa fugae.
utque dedit iustas tauri fabricator aeni,
sic ego do poenas artibus ipse meis.
nil mihi debebat cum versibus amplius esse,
cum fugerem merito naufragus omne fretum. 50
at, puto, si demens studium fatale retemptem,
hic mihi praebebit carminis arma locus.
non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,
verbaque significant quid mea, norit, adest.

25 currit *AGP* 28 uacauit 5 : uacabit *P* : uacarit *Hauniensis*
m. sec. 29 despero *P* 30 uidere *A. Jahn* 33 siqua
Beniley : saepe *P* 35 carmina sunt mihi scripta aut nulla a. q. c.
GHPV (mihi *om. P*) : carmina scripta mihi sunt nulla a. q. c. *AS*
50 cum] sed 5

TRISTIVM LIBER V

omnia barbariae loca sunt vocisque ferinae, 55
 omniaque hostilis plena timore soni.
 ipse mihi videor iam dedidicisse Latine :
 nam didici Getice Sarmaticeque loqui.
 nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneri
 a conponendo carmine Musa potest. 60
 scribimus et scriptos absumimus igne libellos :
 exitus est studii parva favilla mei.
 nec possum et cupio non nullos ducere versus :
 ponitur idcirco noster in igne labor,
 nec nisi pars casu flammis erecta dolove 65
 ad vos ingenii pervenit ulla mei.
 sic utinam, quae nil metuentem tale magistrum
 perdidit, in cineres Ars mea versa foret !

XIII

HANC tuus e Getico mittit tibi Naso salutem,
 mittere si quisquam, quo caret ipse, potest.
 aeger enim traxi contagia corpore mentis,
 libera tormento pars mihi ne qua vacet,
 perque dies multos lateris cruciatibus uror ; 5
 scilicet inmodico frigore laesit hiems.
 si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus :
 quippe mea est umeris fulta ruina tuis.
 quid, mihi cum dederis ingentia pignora, cumque
 per numeros omnes hoc tueare caput, 10
 quod tua me raro solatur epistula, peccas,
 remque piam praestas, sed mihi verba negas ?
 hoc, precor, emenda : quod si correxeris unum,
 nullus in egregio corpore naevus erit.

56 hostilis *Merkel* : possint $\Gamma\zeta$: possunt *P\zeta* 63 ullos *\zeta*
 66 usque *Gilbert*, probauit *Ehwald*, *Krit. Beiträge*, p. 71
 XIII 6 scilicet inmodico *scripti* : sed quod in inmodico *HV\zeta* :
 sed quod non modico *AGP\zeta* : ut quem non modico *Turonensis* : sic me
 non modico *Ellis* : saeuia quod inmodico *Vogel* 9 qui *AP\omega* 12 sed
 ζ : et ζ : si (*an ex s;*) $\Gamma\zeta$

OVIDI NASONIS

pluribus accusem, fieri nisi possit, ut ad me 15
 littera non veniat, missa sit illa tamen.
 di faciant, ut sit temeraria nostra querela,
 teque putem falso non meminisse mei.
 quod precor, esse liquet : neque enim mutabile robur
 credere me fas est pectoris esse tui. 20
 cana prius gelido desint absinthia Ponto,
 et careat dulci Trinacris Hybla thymo,
 inmemorem quam te quisquam convincat amici.
 non ita sunt fati stamina nigra mei.
 tu tamen, ut possis falsae quoque pellere culpae 25
 crimina, quod non es, ne videare, cave.
 utque solebamus consumere longa loquendo
 tempora, sermoni deficiente die,
 sic ferat ac referat tacitas nunc littera voces,
 et peragant linguae charta manusque vices. 30
 quod fore ne nimium videar diffidere, sitque
 versibus hoc paucis admonuisse satis,
 accipe quo semper finitur epistula verbo,
 (atque meis distent ut tua fata !) ‘vale’.

XIV

QVANTA tibi dederim nostris monumenta libellis,
 o mihi me coniunx carior, ipsa vides.
 detrahat auctori multum fortuna licebit,
 tu tamen ingenio clara ferere meo ;
 dumque legar, mecum pariter tua fama legetur, 5
 nec potes in maestos omnis abire rogos ;
 cumque viri casu possis miseranda videri,
 invenies aliquas, quae, quod es, esse velint,
 quae te, nostrorum cum sis in parte malorum,
 felicem dicant invideantque tibi. 10

15 posset *GHPV*⁵ 27 multa *G*⁵ 28 sermoni *APω* : ser-
monē *GHV*; cf. *Ehwald, Krit. Beiträge*, p. 66 : sermonem *G*

TRISTIVM LIBER V

non ego divitias dando tibi plura dedissem :
 nil feret ad Manes divitis umbra suos.
 perpetui fructum donavi nominis idque,
 quo dare nil potui munere maius, habes.
 adde quod, ut rerum sola es tutela mearum, 15
 ad te non parvi venit honoris onus,
 quod numquam vox est de te mea muta tuique
 indiciis debes esse superba viri.
 quae ne quis possit temeraria dicere, persta,
 et pariter serva meque piamque fidem. 20
 nam tua, dum stetimus, turpi siue crimine mansit,
 et tantum probitas inreprehensa fuit.
 area de nostra nunc est tibi facta ruina ;
 conspicuum virtus hic tua ponat opus.
 esse bonam facile est, ubi, quod vetet esse, remotum est, 25
 et nihil officio nupta quod obstet habet.
 cum deus intonuit, non se subducere nimbo,
 id demum est pietas, id socialis amor.
 rara quidem virtus, quam non Fortuna gubernet,
 quae maneat stabili, cum fugit illa, pede. 30
 siqua tamen pretium sibi virtus ipsa petitum,
 inque parum laetis ardua rebus adest,
 ut tempus numeres, per saecula nulla tacetur,
 et loca mirantur qua patet orbis iter.
 aspicis ut longo teneat laudabilis aevo 35
 nomen inextinctum Penelopea fides ?
 cernis ut Admeti cantetur et Hectoris uxor
 ausaque in accensos Iphias ire rogos ?
 ut vivat fama coniunx Phylaceia, cuius
 Iliacam celeri vir pede pressit humum ? 40

XIV 12 diutinis . . . nil feret 5 15 ut *Heinsius* : et Γω sola G :
 solam A 18 iudiciis 5 22 tanta ΠΣ : semper 5 23 area de
Withof : par ea de 5 : par (per P) eadem Γω 29-30 gubernat,
 quae manet, instabili *coniec* 31 pretii . . . petiti ω virtus *Ehwald*,
Jahresbericht xlivi. 270 : merces Γω

TRISTIVM LIBER V

morte nihil opus est pro me, sed amore fideque :
non ex diffcili fama petenda tibi est.
nec te credideris, quia non facis, ista moneri :
vela damus, quamvis remige puppis eat.
qui monet ut facias, quod iam facis, ille monendo 45
laudat et hortatu comprobat acta suo.

IBIS

SIGLA

F = Francofurtanus, saec. xii
G = Galeanus 213, saec. xii
H = Holkhamicus, saec. xiii
P = Philippicus nunc Berolinensis, saec. xiii
T = Turonensis 879, saec. xiii ineuntis
V = Vindobonensis 885, saec. xii
X = Parisinus 7994, saec. xiii
B = Canonianus Lat. 20, saec. xv
ω = codices omnes aut fere omnes
ς = codices aliqui recentiores

defl. = deflorationes Ellisii
Atrebatensis 65
Parisina 17903
Musei Britannici 18459
Bodleiana Canon. patr. Lat. 43

IBIS

TEMPVS ad hoc lustris bis iam mihi quinque peractis

omne fuit Musae carmen inerme meae;

nullaque, quae possit, scriptis tot milibus, extat

littera Nasonis sanguinolenta legi;

nec quemquam nostri, nisi me, laesere libelli,

5

artificis periit cum caput Arte sua.

unus, et hoc ipsum est iniuria magna, perennem

candoris titulum non sinit esse mei.

quisquis is est, nam nonien adhuc utcumque tacebo,

cogit inassuetas sumere tela manus.

10

ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus

non sinit exilio delituisse meo,

vulneraque inmitis requiem quaerentia vexat,

iactat et in toto nomina nostra foro,

perpetuoque mihi sociatam foedere lecti

15

non patitur miseri funera flere viri;

cumque ego quassa meae complectar membra carinae,

naufragii tabulas pugnat habere mei,

et, qui debuerat subitas extinguere flamas,

hic praedam medio raptor ab igne petit.

20

nititur ut profugae desint alimenta senectae.

heu quanto est nostris dignior ipse malis!

di melius, quorum longe mihi maximus ille est,

qui nostras inopes noluit esse vias.

huic igitur meritas grates, ubicumque licebit,

25

pro tam mansueto pectore semper agam.

9 latebit *FTX*

11 gelidas . . . oras *Eutyches*, *G. L. K.* v. 475

12 suo *BP Eutyches*

14 n. n.] uerba canina (carina *Zamoscianus*)

FTX cod. Zamoscianus; cf. 230 16 miser[!] uiui *G* 22 ille *BGHX*

Zamoscianus 23 est om. *T*

141•6

11

OVIDI NASONIS

audiet hoc Pontus. faciet quoque forsitan idem
 terra sit ut propior testificanda mihi.
 at tibi, calcasti qui me, violente, iacentem,
 quod licet et misero, debitus hostis ero. 30
 desinet esse prius contrarius ignibus umor,
 iunctaque cum luna lumina solis erunt,
 parsque eadem caeli Zephyros emittet et Euros,
 et tepidus gelido flabit ab axe Notus,
 et nova fraterno veniet concordia fumo, 35
 quem vetus accensa separat ira pyra,
 et ver autumno, brumae miscebitur aestas,
 atque eadem regio vesper et ortus erit,
 quam mihi sit tecum positis, quae sumpsimus, armis
 gratia, commissis, improbe, rupta tuis. 40
 pax erit haec nobis, donec mihi vita manebit,
 cum pecore infirmo quae solet esse lupis.
 prima quidem coepto committam proelia versu,
 non soleant quamvis hoc pede bella geri.
 utque petit primo plenum flaventis harenae 45
 nondum calfacti militis hasta solum,
 sic ego te nondum ferro iaculabor acuto,
 protinus invisum nec petet hasta caput,
 et neque nomen in hoc nec dicam facta libello,
 teque brevi qui sis dissimulare sinam. 50
 postmodo, si perges, in te mihi liber iambus
 tincta Lycambeo sanguine tela dabit.
 nunc, quo Battades inimicum devovet Ibin,
 hoc ego devoveo teque tuosque modo.

27 audiat G *Zamoscianus* 30 quod] qua G: quam P quo...
 deditus B *Birt* et P: hei FHTV: heu GX *Zamoscianus* 34 gelido
 tepidus G 35-36 post 38 *transposuit Schrader* 36 quem 5:
 quam ω 40 post hunc uersum quam dolor hic unquam spatio
 euancescere possit, | leniat aut odium tempus et hora meum (= 131-
 132) leguntur in omnibus codicibus praeter GP, qui hic omittunt, sed
 praestant post 132 41 d. m.] semper dum defl. 47 ferro
 nondum FP

utque ille, historiis involvam carmina caecis, 55
 non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.
 illius ambages imitatus in Ibide dicar
 oblitus moris iudicique mei.
 et, quoniam qui sis nondum quaerentibus edo,
 Ibidis interea tu quoque nomen habe. 60
 utque mei versus aliquantum noctis habebunt,
 sic vitae series tota sit atra tuae.
 haec tibi natali facito Ianique kalendis
 non mentituro quilibet ore legat.
 di maris et terrae, quique his meliora tenetis 65
 inter diversos cum Iove regna polos,
 huc, precor, huc vestras omnes advertite mentes,
 et sinite optatis pondus inesse meis.
 ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus aequor,
 ipse meas aether accipe summe preces, 70
 sideraque et radiis circumdata solis imago,
 lunaque, quae numquam quo prius orbe micas,
 noxque tenebrarum specie reverenda tuarum,
 quaeque ratum triplici pollice netis opus,
 quique per infernas horrendo murmure valles 75
 inperiuratae laberis amnis aquae,
 quasque ferunt torto vittatis angue capillis
 carceris obscuras ante sedere fores,
 vos quoque, plebs superum, Fauni Satyrique Laresque
 Fluminaque et Nymphae semideumque genus, 80
 denique ab antiquo divi veteresque novique
 in nostrum cuncti tempus adeste Chao,
 carmina dum capiti male fido dira canuntur,
 et peragunt partes ira dolorque suas.

59 qui *PVX* : quis *cett. codd.* nondum quis sis *G* 63 festo *G*
 67 nunc precor *GT* 74 netis *T* : necit *V* : necit *cett. codd.* 8a chao
ed. Veneta 1474 : chaos *B* : chori (thori *H*) *codd.* 83 canentur *T* :
 canantur *H* 84 peragent *PT* : peragant *HX*

OVIDI NASONIS

annuite optatis omnes ex ordine nostris, 85
 et sit pars voti nulla caduca mei.
 quaeque precor fiant, ut non mea dicta, sed illa
 Pasiphaes generi verba fuisse putet.
 quasque ego transiero poenas, patiatur et illas :
 pleniū ingenio sit miser ille meo. 90
 neve minus noceant fictum execrantia nomen
 vota, minus magnos commoveantve deos,
 illum ego devoveo, quem mens intellegit, Ibin,
 qui se scit factis has meruisse preces.
 nulla mora est in me: peragam rata vota sacerdos. 95
 quisquis ades sacris, ore favete, meis.
 quisquis ades sacris, lugubria dicite verba,
 et fletu madidis Ibin adite genis :
 ominibusque malis pedibusque occurrite laevis,
 et nigrae vestes corpora vestra tegant. 100
 tu quoque, quid dubitas ferales sumere vittas?
 iam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.
 pompa parata tibi est: votis mora tristibus absit :
 da iugulum cultris hostia dira meis.
 terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas, 105
 deneget afflatus ventus et aura suos.
 nec tibi Sol calidus nec sit tibi lucida Phoebe,
 destituant oculos sidera clara tuos.
 nec se Vulcanus nec se tibi praebeat aer,
 nec tibi det tellus nec tibi pontus iter. 110
 exul inops erres alienaque limina lustres,
 exiguumque petas ore tremente cibum.
 nec corpus querulo nec mens vacet aegra dolore,
 noisque die gravior sit tibi, nocte diēs.

86 pars sit *GPVX* 88 pasiphes ω : pasyphe *B* 92 com-
 moneantque *GT* 94 scit se *FG* 96 ades *GX*: adest *cett. codd.*
 meis] precor *T*: rogo *P* fauere ueto *BH* 97 ades *GX*: adest
cett. codd. 99 nominibusque *V* 101 uestes *GHT* 107 calidus
defl. : clarus ω

sisque miser semper nec sis miserabilis ulli : 115
 gaudeat adversis femina virque tuis.
 accedat lacrimis odium, dignusque puteris
 qui, mala cum tuleris plurima, plura feras.
 sitque, quod est rarum, solito defecta favore
 fortunae facies invidiosa tuae. 120
 causaque non desit, desit tibi copia mortis :
 optatam fugiat vita coacta necem.
 luctatusque diu cruciatos deserat artus
 spiritus et longa torqueat ante mora.
 evenient, dedit ipse mihi modo signa futuri 125
 Phoebus, et a laeva maesta volavit avis.
 certe ego, quae voveo, superos motura putabo
 speque tuae mortis, perfide, semper alar.
 et prius hanc animam, nimium tibi saepe petitam,
 auferet illa dies quae mihi sera venit,
 quam dolor hic umquam spatio evanescere possit,
 leniat aut odium tempus et hora meum. 130
 pugnabunt arcu dum Thraces, Iazyges hasta,
 dum tepidus Ganges, frigidus Hister erit,
 robora dum montes, dum mollia pabula campi, 135
 dum Tiberis liquidas Tuscus habebit aquas,
 tecum bella geram ; nec mors mihi finiet iras,
 saeva sed in Manibus Manibus arma dabit.
 tum quoque, cum fuerit vacuas dilapsus in auras,
 exanguis mores oderit umbra tuos. 140

117 accipias defl. Atr. Par. putere BTX 119 deserta V defl.
 Atr. Par. 123 deserat TV: spiritus cett. codd. 124 spiritus
 TV: deserat cett. codd. 128 pessime GPX post hunc uersum
 (post 130 in FV) legitur in omnibus codicibus hoc distichon interpolatum
 finiet illa dies que te mihi subtrahet olim | finiet illa dies que mihi
 tarda uenit 129 saeue Heinsius 130 tarda 5 133 iaziges
 defl. Atr.: iapiges BT: iapides FGHX 135 pabula mollia BPX:
 mitia pabula G 137 tecum b. g. G: bella g. t. cett. codd. 138
 dabit Heinsius: dabo ω 139 tunc FGH: tu VX 140 exanguis
 T: exanimis cett. codd. et defl.

OVIDI NASONIS

nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,
ora licet tribuas multiplicata mihi.
tot tibi vae misero venient talesque ruinae,
ut cogi in lacrimas me quoque posse putem.
illae me lacrimae facient sine fine beatum : 205
dulcior hic risu tum mihi fletus erit.
natus es infelix, ita di voluere, nec ulla
commoda nascenti stella levisve fuit.
non Venus adfulsit, non illa Iuppiter hora,
Lunaque non apto Solque fuere loco. 210
nec satis utiliter positos tibi praebuit ignes
quem peperit magno lucida Maia Iovi.
te fera nec quicquam placidum spondentia Martis
sidera presserunt falciferique senis.
lux quoque natalis, nequid nisi triste videres, 215
turpis et inductis nubibus atra fuit.
haec est, in fastis cui dat gravis Allia nomen ;
quaeque dies Ibin, publica damna tulit.
qui simul impura matris prolapsus ab alvo
Cinyphiam foedo corpore pressit humum, 220
sedit in adverso nocturnus culmine bubo,
funereoque graves edidit ore sonos.
protinus Eumenides lavere palustribus undis.
qua cava de Stygiis fluxerat unda vadis,
pectoraque unixerunt Erebeae felle colubrae 225
terque cruentatas increpere manus,
gutturaque inbuerunt infantia lacte canino :
hic primus pueri venit in ora cibus.
perbibit inde suae rabiem nutricis alumnus,
latrat et in toto verba canina foro. 230

206 tunc *GHTV* 208 leuisue *BG* : leuisque ω 209 illuxit
G : effulgit *T* 218 *interpunctit Housman* ; cf. *Ellis, Journ. Phil.*
xxiv. 180 219 *inpurae GH* aluo *BTXI* : aluo est *cett. codd.*
223 *paludibus undis Saluagnius* 227 *imbuerunt Harleianus 2538* :
inbuerant ω

membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
 a male deserto quos rapuere rogo,
 et, ne non fultum nuda tellure iaceret,
 molle super silices inposuere caput.
 iamque recessurae viridi de stipite factas 235
 admirunt oculis usque sub ora faces.
 flebat ut est fumis infans contactus amaris:
 de tribus est cum sic una locuta soror:
 'tempus in inmensum lacrimas tibi movimus istas,
 quae semper causa sufficiente cadent.' 240
 dixerat: at Clotho iussit promissa valere,
 nevit et infesta stamina pulla manu,
 et, ne longa suo praesagia diceret ore,
 'fata canet vates qui tua,' dixit 'erit.'
 ille ego sum vates: ex me tua vulnera disces, 245
 dent modo di vires in mea verba suas;
 carminibusque meis accendent pondera rerum,
 quae rata per luctus experiere tuos.
 neve sine exemplis aevi cruciere prioris,
 sint tua Trojanis non leviora malis. 250
 quantaque clavigeri Poeantius Herculis heres,
 tanta venenato vulnera crure geras.
 nec levius doleas quam qui bibit ubera cervae
 armatique tulit vulnus, inermis opem,
 quique ab equo praeceps in Aleia decidit arva, 255
 exitio facies cui sua paene fuit.
 id quod Amyntorides videas trepidumque ministro
 praetemptes baculo luminis orbus iter.
 nec plus aspicias quam quem sua filia rexit,
 expertus scelus est cuius uterque parens; 260

231 *winxerunt* *T*: *iunxerunt* *BFGP*: *üxerunt* *X*: *tinxerunt* *V*
 237 *infans fumis* *BHP* 247 *accident* *Berolinensis Creuennicus*
 saec. xv: *accident* ω 248 *experiare* *BF* 254 *armatique* *Itali*:
armatisque *P*: *armatusque* ω *inermis opem* *B Itali*: *inerme*
potens ω 255 *in Aleia Heinsius*: *aliena in . . . arua BHPX*:
alienis . . . aruis cett. codd. *Aleis . . . aruis Egnatius* *incidit*
FTV 257 *trepidusque FGHX*

OVIDI NASONIS

qualis erat, postquam est iudex de lite iocosa
 sumptus, Apollinea clarus in arte senex,
 qualis et ille fuit, quo praecipiente columba
 est data Palladiae praevia duxque rati,
 quique oculis caruit, per quos male viderat aurum, 265
 inferias nato quos dedit orba parens;
 pastor ut Aetnaeus, cui casus ante futuros
 Telemus Eurymides vaticinatus erat;
 ut duo Phinidae, quibus idem lumen ademit
 qui dedit; ut Thamyrae Demodocique caput. 270
 sic aliquis tua membra secet, Saturnus ut illas
 subsecuit partes unde creatus erat.
 nec tibi sit tumidis melior Neptunus in undis,
 quam cui sunt subitae frater et uxor aves,
 sollertia viro, lacerae quem fracta tenentem 275
 membra ratis Semeles est miserata soror.
 vel tua, ne poenae genus hoc cognoverit unus,
 viscera diversis scissa ferantur equis.
 vel, quae qui redimi Romano turpe putavit
 a duce Puniceo pertulit, ipse feras. 280
 nec tibi subsidio praesens sit numen, ut illi,
 cui nihil Hercei profuit ara Iovis.
 utque dedit saltus de summa Thessalus Ossa,
 tu quoque saxoso praecipitere iugo.
 aut velut Eurylochi, qui sceptrum cepit ab illo, 285
 sint artus avidis anguis esca tui.
 vel tua maturet, sicut Minoia fata,
 per caput infusae fervidus umor aquae.

263 ille *BGH*: ipse *cett. codd.* 268 Telemus *B Itali*: Thelemus
V: Telenus *G*: Telephus *FT alia alii corrupte* 269 et *GPT*
 270 ut *F*: et ω Demodocique *B*: demophoque *similia* ω
 273 melior tumidis *FH*: tumidis t. s. melior *T* 278 secta *BH*
 280 cinyphio *S*; cf. *Met. xv. 755*: cinyphis *B* 282 nihil *P*: nil
 ω Hercei *B Itali*: ethel *P*: etherei *T*: rethei ω : Rhoetei
Merkel 283 de] e *PTX*: a *G* 285 euriloci *P*: eriloci *FH*:
 euriloco *G*: erroli *V*: yrioni *T*: horestei *B*: Euryali *Itali*

utque parum inmitis, sed non impune, Prometheus
 aerias volucres sanguine fixus alas. 290
 aut, ut Erechthides magno ter ab Hercule victus,
 caesus in inmensum proiciare fretum.
 aut, ut Amyntiaden, turpi dilectus amore
 oderit et saevo vulneret ense puer.
 nec tibi fida magis miseri pocula possint,
 quam qui cornigero de Iove natus erat. 295
 more vel interreas capti suspensus Achaei,
 qui miser aurifera teste pependit aqua.
 aut, ut Achilliden cognato nomine clarum,
 opprimat hostili tegula iacta manu.
 nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant,
 sparsa per Ambracias quae iacuere vias. 300
 nataque ut Aeacidae iaculis moriaris adactis :
 non licet hoc Cereri dissimulare sacrum.
 utque nepos dicti nostro modo carmine regis
 cantharidum sucos dante parente bibas. 305
 aut pia te caeso dicatur adultera, sicut
 qua cecidit Leucon vindice dicta pia est.
 inque pyram tecum carissima corpora mittas,
 quem finem vitae Sardanapalus habet.
 utque Iovis Libyci templum violare parantes,
 acta Noto vultus condat harena tuos. 310
 utque necatorum Darei fraude secundi,
 sic tua subsidens devoret ora cinis.
 aut, ut olivifera quondam Sicyone profecto,
 sit frigus mortis causa famesque tuae. 315

289 inmitis scripti ; cf. Aeschyl. *Prom.* 11 : fidus *F* : mutis *Plantianus* : mitis ω : parens ignis *Nettleship* 290 corpore *BFHV*
 f. a.] pasce tuo *FGHV* : pascit aues *B* 291 Erechthides *Ellis* :
 ethreclides *G* : eecratides *T Plantinianus* : echeccratides *X alia alii*
codd. : uictus *T Conradus de Mure* : quintus ω 294 uerberet *G*
 (corr. *G²*) 299 Achillidae *Salvagnius* 304 *sacrum*] nefas *BFH*
 306 tantaridum *H* : tessalidum *T* : thessalicum *V* matre parante
G 314 succindens *G* : succedens *X* ossa *G*

OVIDI NASONIS

aut, ut Atarnites, insutus pelle iuvenci
 turpiter ad dominum praeda ferare tuum.
inque tuo thalamo ritu iugulere Pheraei,
 qui datus est leto coniugis ense suae. 320
quosque putas fidos, ut Larisaeus Aleuas,
 vulnere non fidos experiare tuo.
utque Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno,
 vivus in occultas praecipiteris aquas.
quaequae in Aphidantum Phylacesia regna tenentem 325
 a Iove venerunt, te quoque tela petant.
aut ut Amastracis quondam Lenaeus ab oris,
 nudus Achillea destituaris humo.
utque vel Eurydamas ter circum busta Thrasylli
 est Larisaeis raptus ab hoste rotis, 330
vel qui quae fuerat tutatus moenia saepe
 corpo lustravit non diuturna suo,
utque novum passa genus Hippomeneide poenae
 tractus in Actaea fertur adulter humo,
sic, ubi vita tuos invisa reliquerit artus, 335
 ultores rapiant turpe cadaver equi.
viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim
 fixa sub Euboico Graia fuere sinu.
utque ferox periit et fulmine et aequore raptor,
 sic te mersuras adiuvet ignis aquas. 340
mens quoque sic Furiis vecors agitetur, ut illi
 unum qui toto corpore vulnus habet,

317 acarnides *T*: atarnides *HP*: atharnides *X* 321 Aleuas *B* :
alebas ω 323 P.] ipsa *F*: roma *G* Milloniaco c. . . Roma
Ellis, Journ. Phil. xxiv. 182 325 Aphidantum *Ellis*: adiman-
tum ω Phylacesia *Ellis*: phylesia, phylesia ω 327 leneus *T*:
lenneus *FGHX*: lemneus *BV* 333 passa *ed. Aldina* 1502 : passae
B : passa est ω Hippomeneide *B ed. Aldina a.* 1502 : ypomeneida
P : hypomenia, ipomenia *similia* ω passa est . . . Hippomeneia
. . . tractus et *Schenkl* 334 in Actaea *BTVX* : et actea *cett. codd.* :
Erechthea *Heinsius*

utque Dryantiadae Rhodopeia regna tenenti,
 in gemino dispar cui pede cultus erat ;
 ut fuit Oetaeo quondam generoque draconum 345
 Tisamenique patri Callirhoesque viro.
 nec tibi contingat matrona pudicior illa,
 qua potuit Tydeus erubuisse nuru,
 quaeque sui venerem iunxit cum fratre mariti
 Locris in ancillae dissimulata nece. 350
 tam quoque di faciant possis gaudere fideli
 coniuge quam Talai Tyndareique gener,
 quaeque parare suis letum patruelibus ausae
 Belides assidua colla premuntur aqua
 Byblidos et Canaces, sicut facit, ardeat igne, 355
 nec nisi per crimen sit tibi fida soror.
 filia si fuerit, sit quod Pelopea Thyestae,
 Myrrha suo patri Nyctimeneque suo.
 neve magis pia sit capitique parentis amica
 quam sua vel Pterelae, vel tibi, Nise, fuit,
 infamemque locum sceleris quae nomine fecit, 360
 pressit et inducis membra paterna rotis.
 ut iuvenes pereas quorum fastigia vultus
 membraque Pisaeae sustinuere foris,
 ut qui perfusam miserorum saepe procorum
 ipse suo melius sanguine tinxit humum ; 365
 proditor ut saevi perit auriga tyranni
 qui nova Myrtoae nomina fecit aquae,

343 dryantiadae *FG* : driantidae (-es *P*) *cett. codd.* 345 acteo
PT 346 tisamanique *GV* : tisimanique *FP* : tismanique *H* : tessi-
 mechique *T* Callirhoesque *Itali* : calliroes *B* : Calligoneseque
similia ω 349 iunxit uenerem *TV* 353 necem miseris *T*
 355 facit ζ : facis ω 357 Thyestae *B* : thyesti ω 359 filia
 neue magis capiti sit fida parentis *PTX* 360 sua] tua *FT* pterele
P : pterela *B* : ptereli *F* : sterole *T* : terele *HV* : terei *G* : cherele *X*
 363 uestigia *G* q. f. u. projecta cadauera quorum *V* 364
 membraque *T* : brachia *BFGH Plantinianus* : oraque *V* : quorum
PX foris *Constantius Fanensis* : fores ω 365 saepe *BFGX* :
 caede *cett. codd.*

OVIDI NASONIS

ut qui velocem frustra petiere puellam
 dum facta est pomis tardior illa tribus, 370
 ut qui tecta novi formam celantia monstri
 intrarunt caecae non redeunda domus,
 ut quorum Aeacides misit violentus in altum
 corpora cum senis altera sena rogum,
 ut quos obscuri victos ambagibus oris 375
 legimus infandae Sphinga dedisse neci,
 ut qui Bistoniae templo cecidere Minervae,
 propter quos facies nunc quoque tecta deae est,
 ut qui Threicii quondam praesepia regis
 fecerunt dapibus sanguinolenta suis, 380
 Therodamanteos ut qui sensere leones
 quique Thoanteae Taurica sacra deae,
 ut quos Scylla vorax Scyllaeque adversa Charybdis
 Dulichiae pavidos eripuere rati,
 ut quos demisit vastam Polyphemus in alvum, 385
 ut Laestrygonias qui subiere manus,
 ut quos dux Poenus mersit putealibus undis,
 et iacto canas pulvere fecit aquas;
 sex bis ut Icaridos famulae periere procique,
 inque caput domini qui dabat arma procis; 390
 ut iacet Aonio luctator ab hospite fusus
 qui, mirum, vitor, cum cecidisset, erat,
 ut quos Antaei fortes pressere lacerti
 quosque ferae morti Lemnia turba dedit,
 ut qui post longum, sacri monstrator iniqui, 395
 elicuit pluvias victimæ caesus aquas;

370 capta *GPX Plantinianus* 372 adeunda 5 uersum del.
Merkel, Ehwald, Jahres. xlili. 266 373 altis *PX*: artis *G* 374
 rogis *FGPX* 375 obscuris *PX* 378 quos *BT*: quod *cett. codd.*
 acies *Housman* torta *HT* 381 therodomanteos *GHV*: Thero-
 medonteos *Heinsius*; cf. *Pont.* i. 2. 119 383 rapax *T* 385 de-
 misit *T*: dimisit ω 389 sex bis ut *B5*: sexus ut *X*: sex ut *P*:
 et uelut *cett. codd.* famuli *FTV* 395 post annum *GPT Ellis, Journ.*
Phil. xxiv. 183

frater ut Antaei, quo sanguine debuit, aras
 tinxit et exemplis occidit ipse suis;
 ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis
 impius humano viscere pavit equos,
 ut duo diversis sub eodem vindice caesi
 temporibus Nessus Dexamenique gener,
 ut pronepos, Saturne, tuus, quem reddere vitam
 urbe Coronides vidit ab ipse sua,
 ut Sinis et Sciron et cum Polypemone natus
 quique homo parte sui parte iuvencus erat,
 quique trabes pressas ab humo mittebat in auras
 aequoris aspiciens huius et huius aquas,
 quaeque Ceres laeto vidit pereuntia vultu
 corpora Thesea Cercyonea manu.
 haec tibi, quem meritis precibus mea devovet ira,
 evenient aut his non leviora malis.
 qualis Achaemenidae, Sicula desertus in Aetna
 Troica cum vidit vela venire, fuit,
 qualis erat nec non fortuna binominis Iri,
 quique tenent pontem, vae tibi talis erit.
 filius et Cereris frustra tibi semper ametur
 destituatque tuas usque petitus opes.
 utque per alternos unda labente recursus
 subtrahitur presso mollis harena pedi,
 sic tua nescioqua semper fortuna liquecat,
 lapsaque per medias effluat usque manus.
 utque pater solitae varias mutare figuras
 plenus inextincta conficiare fame.

397 ancei G: Ancaeī *Micyllus* 400 sanguine *HV* 402 vul-
 neribus *FHV* 405 cum] de *G Plantinianus* 410 *Cercyonea* 5 :
gerionea ω 411 quem] quae *BGH* meritis precibus *BFHV* :
meritis iustis cett. codd. 412 eueniant *GHT* 413 *Achaemenidae*
Housman : achamenides, achimenides ω aetna *BFT* : ora (hora)
cett. codd. 416 vae *scripsi*: que (qui *G*) ω : qua *B* talis *scripsi*:
 maior (maphor *B*) ω 417 et ed. *Aldina* : ut ω 418 saepe *G*
 424 destituare *FTV*

OVIDI NASONIS

nec dapis humanae tibi erunt fastidia, quaque 425
 parte potes, Tydeus temporis huius eris.
 atque aliquid facies, a vespero rursus ad ortus
 cur externati Solis agantur equi.
 foeda Lycaoniae repetes convivia mensae
 temptabisque cibi fallere fraude Iovem. 430
 teque aliquis posito temptet vim numinis opto :
 Tantalides tu sis Tereidesque puer.
 et tua sic latos spargantur membra per agros,
 tamquam quae patrias detinuere vias.
 aere Perilleo veros imitare iuvencos 435
 ad formam tauri convenienter sono.
 utque ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
 more bovis Paphio clausus in aere gemas.
 dumque redire voles aevi melioris in annos,
 ut vetus Admeti decipiare sacer. 440
 aut eques in medii mergare voragine caeni,
 dum modo sint fati nomina nulla tui.
 atque utinam pereas, veluti de dentibus orti
 Sidonia iactis Graia per arva manu.
 et quae Pitthides fecit fraterque Medusae 445
 eveniant capiti vota sinistra tuo,
 et quibus exiguo volucris devota libello est,
 corpora proiecta quae sua purgat aqua.
 vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse
 cuius ab inferiis culter abesse solet. 450

425 erunt] sint GV 427 facias GHTV rursus PT Plantini-
anus : solis *cett. codd.* 428 solis] rursus FG⁵ 429 repetens *G* :
 repetent *P* : repeatas *H* : referens *X* 430 temptabuntque *P* 432
 Tereidesque *B⁵* : tu tereique *FG²PTVX Plantinianus* : tu teleique *G* :
 tindarideique *H* : threiciusque *S* 441 aut *G* : utque *T* : atque
cett. codd. uoramime *T* 442 fati *V* : facti *ω* 445 Pitthides
 (Pitheides) *Saluagnius* : penthides (pentelides *T*) *ω* : pithoides *B*
 fraterque *GPX significatur Eurystheus, qui multa uota in Herculis*
exitium nuncupauit ; cf. *Apollod.* ii. 4. 5 : de fratre *cett. codd.* 447 et
BT : ut *V* : ex *cett. codd.* est om. *FGP* post exiguo ponunt *BV⁵*
 448 coniecta *BH*

attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater
 incitat, ad Phrygios vilia membra modos.
 deque viro fias nec femina nec vir, ut Attis,
 et quatias molli tympana rauca manu.
 inque pecus subito Magnae vertare Parentis, 455
 victor ut est celeri victaque versa pede.
 solaque Limone poenam ne senserit illam,
 et tua dente fero viscera carpat equus.
 aut ut Cassandreus, domino non mitior illo,
 saucius ingesta contumuleris humo. 460
 aut ut Abantiades, aut ut Cycneius heros,
 clausus in aequoreas praecipiteris aquas.
 victimia vel Phoebo sacras macteris ad aras,
 quam tulit a saevo Theudotus hoste necem.
 aut te devoveat certis Abdera diebus, 465
 saxaque devotum grandine plura petant.
 aut Iovis infesti telo feriare trisulco,
 ut satus Hipponoo Dexionesque pater,
 ut soror Autonoes, ut cui matertera Maia,
 ut temere optatos qui male rexit equos, 470
 ut ferus Aeolides, ut sanguine natus eodem,
 quo genita est liquidis quae caret Arctos aquis.
 ut Macedo rapidis ictus cum coniuge flammis,
 sic precor aetherii vindicis igne cadas.
 praedaque sis illis, quibus est Latonia Delos 475
 ante diem rapto non adeunda Thaso,

453 nec uir nec femina *BFH* 459-460 *hic om. BHTV in quibus*
post 336 ponuntur 459 *cassandreus F Plantinianus: cassandrus*
HT: cassandrei PX: cassandrae B 461 *cigneus 5 Conradus de*
Mure: ligneus GH: lignetus V: lineius F: linerius X: lignesius
PT: aeneius B: lynesius ed. princeps Romana a. 1471 463-464
fortasse insiticos esse censem Ellis, Journ. Phil. xiv. 98 464 *Theu-*
dotus ed. Rubei: theodotus BFTV: theodus alia cett. codd. 468
dexionesque G: dexithoesque alia ω 469 *aut cui GPX post Maia*
add. est BFTV 470 *ut T: aut V: et cett. codd.* 473 *macedon X:*
machelo (machelo G) FGT Plantinianus; cf. Ellis, Journ. Phil. xvii. 135
ictus TX: icta est 5: iacta est ω 476 *thaso, traso ω*

OVIDI NASONIS

quique verecundae speculantem labra Diana,
quique Crotopiaden diripuere Linum.
neve venenato levius feriaris ab angue,
quam senis Oeagi Calliopesque nurus, 480
quam puer Hypsipyles, quam qui cava primus acuta
cuspide suspecti robora fixit equi.
neve gradus adeas Elpenore cautius altos,
vimque feras vini quo tulit ille modo.
tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vocantem 485
iuvit inhumanum Thiodamanta Dryops,
quam ferus ipse suo perit mactatus in antro
proditus inclusae Cacus ab ore bovis,
quam qui dona tulit Nesseo tincta veneno,
Euboicasque suo sanguine tinxit aquas. 490
vel de praecipi venias in Tartara saxo,
ut qui Socraticum de nece legit opus,
ut qui Theseae fallacia vela carinae
vidit, ut Iliaca missus ab arce puer,
ut teneri nutrix eadem et matertera Bacchi, 495
ut cui causa necis serra reperta fuit,
livida se scopolis ut virgo misit ab altis,
dixerat inviso quae mala verba deo.
feta tibi occurrat patrio popularis in arvo
sitque Phalaeceae causa leaena necis. 500
quique Lycurgiden letavit et arbore natum
Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.
isque vel exanimis faciat tibi vulnus, ut illi,
ora super fixi quem cecidere suis.

481 Hypsipyles *G* : hysiphiles *ω* 483 cautior *FT* 486 iuvit
BG : iuit *T* : luit *P* : uidit *cett. codd.* 490 sanguine tinxit *G⁴⁹⁰ω* :
nomine fecit *G fortasse ex* 368 : cf. *ad Trist. i. 1. 90* : nomine signat
Ehwald, Jahr. xlivi. 263 495 et om. *BGH* 497 liuida *Parrhasius* :
lindia (*Iidia TV*) *ω* : india *Plantinianus* 498 inuiso *Constantius*
Ranensis : inuicto *G* *Plantinianus* : inuito *FPTV5* : in uoto *H*
quae *G* : quod *ω* 500 *Phalaeceae Heinsi* : paphagee *GTX* :
paphagee *P* : pesagee *F* : pegasee *H* : thaleceae *B* 501 laudat
Eutyches, *G. L. K. v. 484*

sive idem, simili pinus quem morte peremit, 505
 Phryx et venator sis Berecyntiades.
 si tua contigerit Minoas puppis harenas,
 te Corcyraeum Cresia turba putet.
 lapsuramque domum subeas, ut sanguis Aleuae,
 stella Leoprepidae cum fuit aequa viro. 510
 utque vel Euenus, torrenti flumine mersus
 nomina des rapidae, vel Tiberinus, aquae.
 Astacidaeque modo decisâ cadavere trunco,
 digna feris, hominis sit caput esca tuum.
 quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis, 515
 des tua succensae membra cremanda pyrae.
 inclususque necem cavea patiaris, ut ille
 non profecturae conditor historiae.
 utque repertori nocuit pugnacis iambi,
 sic sit in exitium lingua proterva tuum. 520
 utque parum stabili qui carmine laesit Athenas,
 invisus pereas deficiente cibo.
 utque lyrae vates fertur periisse severae,
 causa sit exitii dextera laesa tui.
 utque Agamemnonio vulnus dedit anguis Orestae, 525
 tu quoque de morsu virus habente cadas.
 sit tibi coniugii nox prima novissima vitae:
 Eupolis hoc periit et nova nupta modo.

505 siue] atque *FHV* 506 Phryx et ζ : phitia *T*: frisia *X*:
 phrixia *Plantinianus* : frigia *cett. codd.* uenator frigia sis *Conradus de*
Mure 507 harenas *FHV*: ad undas *cett. codd.* 508 regia *B*
 510 Leoprepidae *Scaliger*: leotepide *X*: leotipidae *B*: leotrepido *P*:
 leoporidae *G*: lycoride *HTS Plantinianus* 511 euenus ζ : ebenus,
 hebenus ω 513 Astacidaeque *Conradus de Mure*: astacidaeue *B*:
 tacideque *G*: ytacideque *P*: hirtacideque *similia*, *cett. codd.* 515 de-
 cisa *BH*: defixa ω 516 cadauere *Heinsius*: cadauera ω 517 stuto
Conradus de Mure, *unde* defixa cadauera suntu *Ellis* 518 broteam *G*
 519 utue *GX*: ut *P* Athenin *Alciatus* 523 utue *GPTVX*
 525 orestae *BG*: oresti ω 528 xupolis *T*: hubolis *V*: heubolus
H: heu polus *F*

OVIDI NASONIS

utque coturnatum periisse Lycophrona narrant,
 haereat in fibris fixa sagitta tuis. 530
 aut lacer in silva manibus spargare tuorum,
 sparsus ut est Thebis angue creatus avo.
 perque feros montes tauro rapiente traharis,
 ut tracta est coniunx imperiosa Lyci.
 quodque suae passa est paelex invita sororis, 535
 excidat ante pedes lingua resecta tuos.
 conditor ut tardae, laesus cognomine, Myrrhae,
 urbis in innumeris inveniare locis.
 inque tuis opifex, vati quod fecit Achaeo,
 noxia luminibus spicula condat apis. 540
 fixus et in duris carparis viscera saxis,
 ut cui Pyrrha sui filia fratris erat.
 ut puer Harpagides referas exempla Thyestae
 inque tui caesus viscera patris eas.
 trunca geras saevo mutilatis partibus ense, 545
 qualia Mamerici membra fuisse ferunt.
 utve Syracosio praestricta fauce poetae,
 sic animae laqueo sit via clausa tuae.
 nudave derepta pateant tua viscera pelle,
 ut Phrygium cuius nomina flumen habet. 550
 saxifcae videoas infelix ora Medusae,
 Cephemum multos quae dedit una neci.

529 cecidisse *H*⁵ licofona *F*: licofora *HT*: licofora *GP*
 531 siluis *BFH* 535 inuisa *GP* sorori *GPX* 536 pedes] oculos *G*; sed cf. *Mel.* vi. 560 537 conditor *BHT*⁵ : cognitor *ceti. codd.* tardus *GPTX* Blaesus cognomine Cyrae *Leopardus*, sed de *Helvio Cinna Zmyrnae scriptore recte intellecti Housman* 538 urbis *B*⁵ : orbis ω 540 apes *HPX* 541 uiscere *HPV*
 543 Harpagides ed. *princeps Romana* : harpacides *B*: arpaciades *P*: arpagige *FVX* : arpagie *T*: arpasige *G*: arphagie *H* thiestis *HTV* 546 Mamerici *scripti, praemonstrante Ellisio* : mamerte *V*: mammerte *G*: mimerti *F*: mannerini *X*: minermi *PT*: mimerni *H*: mimnermi *B*: minūmi *Plantinianus* 547 utque *BV* Syracosio *Constantius Fanensis*: siracusio ω significatur *Philemon*; cf. *Ellis, Journ. Phil.* xxiv. 186 549 nudaque *BFH*: nullaque *X* derepta *BF*: direpta *ceti. codd.* 550 frigii *G*: phrygii *B*

Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum,
 inque maris salias, Glaucus ut alter, aquas.
 utque duobus idem dictis modo nomen habenti, 555
 praefocent animae Gnosia mella viam.
 sollicitoque bibas, Anyti doctissimus olim
 inperturbato quod babit ore reus.
 nec tibi, siquid amas, felicius Haemone cedat,
 utque sua Macareus, sic potiare tua. 560
 vel videas quod iam cum flammae cuncta tenerent
 Hectoreus patria vidi ab arce puer.
 sanguine probra luas, ut avo genitore creatus,
 per facinus soror est cui sua facta parens.
 ossibus inque tuis teli genus haereat illud, 565
 traditur Icarii quo cecidisse gener.
 utque loquax in equo est elius guttur acerno,
 sic tibi claudatur pollice vocis iter.
 aut, ut Anaxarchus, pila minuaris in alta,
 iactaque pro solitis frugibus ossa sonent. 570
 utque patrem Psamathe, condat te Phoebus in ima
 Tartara, quod natae fecerat ille sua.
 inque tuos ea pestis eat quam dextra Coroebi
 vicit opem miseris Argolisunque tulit.
 utque nepos Aethrae Veneris moriturus ob iram, 575
 exul ab attonitis excutiaris equis.
 propter opes magnas ut perdidit hospes alumnum,
 perdat ob exigua te tuus hospes opes.

553 potniadum *BH*: porniadum *P*: poeniadum *X*: fauniadum *T*
similia cett. 556 noxia *GVX* 557 aniti *P*: animo *TX*: socrates
 uel aniti *Plantinianus*: ueluti *cett. odd.* 560 sic] tu *BFHT*: tua *P*
 562 ab] in *BFPVX* arce *BH*: urbe *cett. codd.* 567 acerno *B*
Politianus: acerbo *FH* *Plantinianus*: agenor *cett. codd.* 569
Anaxarchus B Itali: anaxaracus *G*: anaxeretus *V*: anaxareus *FTX*:
 anaxares *P*: anaxarrus uel anaxarnis *H* 570 iactaque *FG*: iactaque
cett. codd. 571 sametis *G*: samacis *HT*: psamaris *P*: psamacis *F*
 574 Argolisunque *Ellis*: argolicisque (ausiliumque *G*) 575 mori-
 bundus *GX*: periturus *BHP*

OVIDI NASONIS

utque ferunt caesos sex cum Damasichthone fratres,
 intereat tecum sic genus omne tuum. 580
 addidit ut fidicen miseris sua funera natis,
 sic tibi sint vitae taedia iusta tuae.
 utve soror Pelopis, saxo dureris aborto,
 ut laesus lingua Battus ab ipse sua.
 aera si misso vacuum iaculabere disco, 585
 quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.
 siqua per alternos pulsabitur unda lacertos,
 omnis Abydene sit tibi peior aqua.
 comicus ut liquidis periit dum nabat in undis,
 et tua sic Stygius strangulet ora liquor. 590
 aut, ubi ventosum superaris naufragus aequor,
 contacta pereas, ut Palinurus, humo.
 utque coturnatum vatem, tutela Dianaee,
 dilaniet vigilum te quoque turba canum.
 aut, ut Trinacrius, salias super ora Gigantis,
 plurima qua flamas Sicanis Aetna vomit. 595
 diripientque tuos insanis unguibus artus
 Strymoniae matres Orpheos esse ratae.
 natus ut Althaeae flammis absentibus arsit,
 sic tuus ardescat stipitis igne rogus. 600
 ut nova Phasiaca comprensa est nupta corona,
 utque pater nuptae, cumque parente domus,
 ut cruor Herculeos abiit diffusus in artus,
 corpora pestiferum sic tua virus edat.
 qua sua Prataliden proles est ulta Lycastum, 605
 haec maneat teli te quoque plaga novi.

579 fratres . . . caesos *GPTX* 583 aborto *TX*: aborto (ab ouo
V) *cett. codd.* 584 ut] et *T* 585 vacuum] liquidum *BFHVX*
 587 iactabitur *FGV* 594 dilaceret *BFV* 596 mouet *GHX*
 598 Orpheos *5* : orpheon (orphen *FV*) *ω* 601 compraensa *B* ;
*cf. Met. ix. 234 : compressa *ω** 605 Prataliden . . . Lycastum *Ellis,*
*Americ. Journ. Phil. xxxiii. 205 : pentiliden (pentiladen *G*, penthi-*
*dem *5*) . . . lycurgum (lycinum *B*) *ω**

utque Milo, robur diducere fissile temptes
 nec possis captas inde referre manus.
 muneribusque tuis laedaris, ut Icarus, in quem
 intulit armatas ebria turba manus. 610
 quodque dolore necis patriae pia filia fecit,
 vincula per laquei fac tibi guttur eat.
 obstructoque famem patiaris limine tecti,
 ut legem poenae cui dedit ipsa parens.
 illius exemplo violes simulacra Minervae, 615
 Aulidis a portu qui leve vertit iter.
 Naupliadaeve modo poenas pro crimine facto
 morte luas, nec te non meruisse iuvet.
 Aethalon ut vita spoliavit Isindius hospes,
 quem memor a sacris nunc quoque pellit Ion, 620
 utque Melanthea tenebris a caede latentem
 prodidit officio luminis ipsa parens,
 sic tua coniectis fodiantur viscera telis,
 sic precor auxiliis impediare tuis.
 qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles, 625
 acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat.
 nec tu quam Rhesus somno meliore quiescas,
 quam comites Rhesi tum necis, ante viae,
 quam quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt
 impiger Hyrtacides Hyrtacidaeque comes. 630
 Cliadiadeve modo circumdatus ignibus atris
 membra feras Stygiae semicremata neci.

609-610 om. G 612 eant T 613 obstructoque B⁷: ob-
 structusque F: obstrictusque GPT: obstrususque V: obtractusque
H: abiectusque *X* templi *Constantius Fanensis* 617 nauplia-
 deque *PX* falso *FHV* 619 isidius *FGT Plantinianus*: insidius *V*
 spoliauerit (spoliaberis, indius *BH* 620 io *GPT*; *uide Ellis, Journ.*
Phil. xxiv. 187: *ysis Plantinianus* 621 quemque *BFV*: queque
H melantheum *FT* 623 uiscera *G*: corpora *P*: pectora *cett.*
cod. 625 hab·bat *X* 626 est om. *GX* 628 Rheso *Heinsius*
 uiae] diem *GHVX* 629 rutulo *BF*: rutilo *ω* rhamnete *B*:
 rhamnete, rampnete *alia ω* 631 cliniadeque *X*

IBIS

utque Remo muros auso transire recentes
noxia sint capiti rustica tela tuo.
denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas 635
 his precor ut vivas et moriare locis.
haec tibi tantisper subito sint missa libello,
 inmemores ne nos esse querare tui:
pauca quidem, fateor; sed di dent plura rogatis
 multiplicentque suo vota favore mea. 640
postmodo plura leges et nomen habentia verum,
et pede quo debent acria bella geri.

633 utue *FHV* 637 sunt *BFPV*

**EX PONTO
LIBRI QVATTVOR**

141° 6

18

SIGLA

- G* = fragmentum Guelferbytanum Aug. 13. II, saec. vi
A = Hamburgensis, saec. ix
B = Bavanicus Monacensis 384, saec. xii
C = Bavanicus Monacensis 19476, saec. xii
E = Etonensis, saec. xiii
H = Holkhamicus, saec. xiii
O = Canonianus Lat. 1, saec. xiii
a = codicum *ABC* consensus
o = reliqui codices praeter *ABC* aut omnes aut permulti
g = reliquorum codicum praeter *ABC* nonnulli

EX PONTO LIBER PRIMVS

I

NASO Tomitanae iam non novus incola terrae
hoc tibi de Getico litore mittit opus.
si vacat, hospitio peregrinos, Brute, libellos
excipe, dumque aliquo, quolibet abde modo.
publica non audent intra monimenta venire, 5
ne suus hoc illis clauserit auctor iter.
a, quotiens dixi ‘certe nil turpe docetis :
ite, patet castis versibus ille locus !’
non tamen accedunt, sed, ut aspicis ipse, latere
sub Lare privato tutius esse putant. 10
quaeris ubi hos possis nullo componere laeso ?
qua steterant Artes, pars vacat illa tibi.
quid veniant, novitate roges fortasse sub ipsa.
accipe, quodcumque est, dummodo non sit amor.
invenies, quamvis non est miserabilis index, 15
non minus hoc illo triste, quod ante dedi.
rebus idem, titulo differt ; et epistula cui sit
non occultato nomine missa docet.
nec vos hoc vultis, sed nec prohibere potestis,
Musaque ad invitatos officiosa venit. 20
quicquid id est, adiunge meis. nihil impedit ortos
exule servatis legibus urbe frui.
quod metuas non est. Antoni scripta leguntur,
doctus et in promptu scrinia Brutus habet.

I 4 modo *ABEH* : loco *COH²ω* 5 inter *EOS* 6 nescius
Meissner (*Ehwald, Symb.* ii. 9) auferat *B²* 13 qui *B²OS* : quidue
ferant *Krafft* 24 carmina *AEOΣ*

OVIDI NASONIS

nec me nominibus furiosus confero tantis : 25
 saeva deos contra non tamen arma tuli.
 denique Caesareo, quod non desiderat ipse,
 non caret e nostris ullus honore liber.
 si dubitas de me, laudes admitte deorum,
 et carmen dempto nomine sume meum. 30
 adiuvat in bello pacatae ramus olivae :
 proderit auctorem pacis habere nihil ?
 cum foret Aeneae cervix subiecta parenti,
 dicitur ipsa viro flamma dedisse viam :
 fert liber Aeneaden, et non iter omne patebit ? 35
 at patriae pater hic, ipsius ille fuit.
 ecquis ita est audax, ut limine cogat abire
 iactantem Pharia tinnula sistra manu ?
 ante deum Matrem cornu tibicen adunco
 cum canit, exiguae quis stipis aera negat ? 40
 scimus ab inperio fieri nil tale Diana :
 unde tamen vivat, vaticinator habet.
 ipsa movent animos superorum numina nostros,
 turpe nec est tali credulitate capi.
 en ego pro sistro Phrygiique foramine buxi 45
 gentis Iuleae nomina sancta fero.
 vaticinor moneoque. locum date sacra ferenti.
 non mihi, sed magno poscitur ille deo.
 nec quia vel merui vel sensi principis iram,
 a nobis ipsum nolle putate coli. 50
 vidi ego linigerae numen violasse fatentem
 Isidis Isiacos ante sedere focos.
 alter, ob huic similem privatus lumine culpam,
 clamabat media se meruisse via.
 talia caelestes fieri praeconia gaudent, 55
 ut sua quid valeant numina teste probent.

36 patriae est pater *excerpta Politiani* 41 deorum *cod. Serui* :
 dearum *Madvig*; *improbante Schreuders*, *Obss. p. 8* 46 numina *B²*
 50 illum *O5* 51 lanigerae *BEHO5*

EX PONTO I

saepe levant poenas ereptaque lumina reddunt,
cum bene peccati paenituisse vident.
paenitet, o ! si quid miserorum creditur ulli,
paenitet, et facto torqueor ipse meo. 60
cumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori ;
estque pati poenam, quam meruisse, minus.
ut mihi di faveant, quibus est manifestior ipse,
poena potest demi, culpa perennis erit.
mors faciet certe, ne sim, cum venerit, exul : 65
ut non peccarim mors quoque non faciet.
non igitur mirum, si mens mea tabida facta
de nive manantis more liquecit aquae.
estur ut occulta vitiata teredine navis,
aequorei scopulos ut cavat unda salis, 70
roditur ut scabra positum rubigine ferrum
conditus ut tineae carpitur ore liber,
sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
fine quibus nullo confiantur, habent.
nec prius hi mentem stimuli quam vita relinquet : 75
quiique dolet, citius quam dolor ipse, cadet.
hoc mihi si superi, quorum sumus omnia credent,
forsitan exigua dignus habebor ope,
inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu.
plus isto, duri, si precer, oris ero. 80

II

MAXIME, qui tanti mensuram nominis inplies,
et geminas animi nobilitate genus :
qui nasci ut posses, quamvis cecidere trecenti,
non omnes Fabios abstulit una dies :

65-66 ab Heinsio : 65-68 a Bentleto electos defenderunt Korn. Rhein.
Mus. xxii, p. 205 ; Dinter, Comm. i. 14 ; Schreuders, Obss. p. 11 66 ut
C², sic scripsi nec A : ne BC² 68 denique manantis A
77 credant CEHO^ω 80 precor 5

OVIDI NASONIS

forsitan haec a quo mittatur epistula quaeras, 5
 quisque loquar tecum, certior esse velis.
 ei mihi, quid faciam? vereor ne nomine lecto
 durus et aversa cetera mente legas.
 videris. audebo tibi me scripsisse fateri
 .
 qui, cum me poena dignum graviore fuisse 10
 confitear, possum vix graviora pati.
 hostibus in mediis interque pericula vensor,
 tamquam cum patria pax sit adempta mihi:
 qui, mortis saevo geminent ut vulnere causas, 15
 omnia vipereo spicula felle linunt.
 his eques instructus perterrita moenia lustrat
 more lupi clausas circueuntis oves:
 et semel intentus nervo levis arcus equino
 vincula semper habens irresoluta manet. 20
 tecta rigent fixis veluti velata sagittis,
 portaque vix firma summovet arma sera.
 adde loci faciem nec fronde nec arbore tecti,
 et quod iners hiemi continuatur hiems.
 hic me pugnantem cum frigore cumque sagittis 25
 cumque meo fato quarta fatigat hiems.
 fine carent lacrimae, nisi cum stupor obstitit illis:
 et similis morti pectora torpor habet.
 felicem Nioben, quamvis tot funera vidit,
 quae posuit sensum saxa facta malis: 30
 vos quoque felices, quarum clamantia fratrem
 cortice velavit populus ora novo.

II 7 et mihi *A* 9 uideris *Heinsius*: uiderit *codd.* audebo
 a*O*: haec si quis *B²*¹⁰ om. *AC*: audebo et (et om. *B*) propriis
 ingemuisse malis *BH²* post *quae hoc distichon* uiderit audebo tibi me
 (me iam *H*) scripsisse fateri | atque modum penae notificare meae
 addunt *B²EHO⁵*¹⁸ circumeuntis *CH*: circumuentis (*sscr. v.*) *A*
 19 at *ACEO⁵*²⁰ manent *A* 21 uelata *AB²*: uallata *BCEO²*²³
 23 laeti *O²* *Vaticanus Heinsii*²⁴ et quod hiemes (*sscr. v.*) hiemi
 continuatur iners *B*²⁶⁻²⁷ om. *A*, add. *A²*³⁰ mali *5*

EX PONTO I

ille ego sum, lignum qui non admittar in ullum :
 ille ego sum, frustra qui lapis esse velim.
ipsa Medusa oculis veniat licet obvia nostris, 35
 amittet vires ipsa Medusa suas.
vivimus ut numquam sensu careamus amaro,
 et gravior longa fit mea poena mora.
sic inconsuption Tityi semperque renascens
 non perit, ut possit saepe perire, iecur. 40
at, puto, cum requies medicinaque publica curae
 somnus adest, solitis nox venit orba malis.
omnia me terrent veros imitantia casus,
 et vigilant sensus in mea damna mei.
aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas, 45
 aut dare captivas ad fera vincla manus.
aut ubi decipior melioris imagine somni,
 aspicio patriae tecta relicta meae.
et modo vobiscum, quos sum veneratus, amici,
 et modo cum cara coniuge multa loquor. 50
sic ubi percepta est brevis et non vera voluptas,
 peior ab admonitu fit status iste boni.
sive dies igitur caput hoc miserabile cernit,
 sive pruinosi Noctis aguntur equi,
sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis, 55
 ignibus admotis ut nova cera solet.
saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
 ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.
cum subit Augusti quae sit clementia, credo
 mollia naufragii litora posse dari. 60
cum video quam sint mea fata tenacia, frangor,
 spesque levis magno victa timore cadit.
nec tamen ulterius quicquam sperove precorve,
 quam male mutato posse carere loco.

33 admittor *Hōw* 41 medici cum publica cure *A* 49 amicis
Bentley 50 uita loquor *A* 55 liqueficiunt *EHŌS*

OVIDI NASONIS

aut hoc, aut nihil est, pro me temptare modeste 65
 gratia quod salvo vestra pudore queat.
 suscipe, Romanae facundia, Maxime, linguae,
 difficilis causae mite patrocinium.
 est mala, confiteor: sed te bona fiet agente,
 lenia pro misera fac modo verba fuga. 70
 nescit enim Caesar, quamvis deus omnia norit,
 ultimus hic qua sit condicione locus.
 magna tenent illud numen molimina rerum:
 haec est caelesti pectore cura minor.
 nec vacat, in qua sint positi regione Tomitae,
 75 quaerere, finitimo vix loca nota Getae:
 aut quid Sauromatae faciant, quid Iazyges acres
 cultaque Oresteae Taurica terra deae:
 quaeque aliae gentes, ubi frigore constituit Hister,
 dura meant celeri terga per amnis equo. 80
 maxima pars hominum nec te, pulcherrima, curat,
 Roma, nec Ausonii militis arma timet.
 dant illis animos arcus plenaequa pharetræ
 quamque libet longis cursibus aptus equus,
 quodque sitim didicere diu tolerare famemque, 85
 quodque sequens nullas hostis habebit aquas.
 ira viri mitis non me misisset in istam,
 si satis haec illi nota fuisset humus.
 nec me nec quemquam Romanum gaudet ab hoste,
 meque minus, vitam cui dabat ipse, capi. 90
 noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu.
 nil opus est ullis in mea fata Getis.
 sed neque, cur morerer, quicquam mihi comperit actum,
 et minus infestus, quam fuit, esse potest.
 tunc quoque nil fecit nisi quod facere ipse coegi: 95
 paene etiam merito parcior ira meo est.

77 sarmatico C 88 om. A; cf. Ehwald, Kr. B. p. 9 90 dabantur
 Merkel; cf. vii. 52 dabit a: dedit B²EO₆₀ 91 at BC exc. Pol.

EX PONTO I

di faciant igitur, quorum iustissimus ipse est,
 alma nihil maius Caesare terra ferat,
 utque fuit sub eo, sic sit sub Caesare terra,
 perque manus huius tradita gentis eat. 100
 at tu tam placido, quam nos quoque sensimus illum,
 iudice pro lacrimis ora resolve meis.
 non petito ut bene sit, sed uti male tutius, utque
 exilium saevo distet ab hoste meum :
 quamque dedere mihi praesentia numina vitam, 105
 non adimat stricto squalidus ense Getes :
 denique, si moriar, subeam pacatus arvum,
 ossa nec a Scythica nostra premantur humo,
 nec male compositos, ut scilicet exule dignum,
 Bistonii cineres ungula pulset equi : 110
 et ne, si superest aliquis post funera sensus,
 terreat et Manes Sarmatis umbra meos.
 Caesaris haec animum poterant audita movere,
 Maxime, movissent si tamen ante tuum.
 vox, precor, Augustas pro me tua molliat aures, 115
 auxilio trepidis quae solet esse reis,
 adsuetaque tibi doctae dulcedine linguae
 aequandi superis pectora flecte viri.
 non tibi Theromedon crudusque rogabitur Atreus,
 quiq[ue] suis homines pabula fecit equis : 120
 sed piger ad poenas princeps, ad praemia velox,
 quiq[ue] dolet, quotiens cogitur esse ferox :
 qui vicit semper, victis ut parcere posset,
 clausit et aeterna civica bella sera :
 multa metu poenae, poena qui pauca coercet, 125
 et iacit invita fulmina rara manu.

99 fuit *Ehwald* : diu *codd.* sic sit . . . terra *BCEω* : sic sit
 publice saroterra *A* : sit publica sarcina terrae (rerum *γ*, mundi
Hσ) *B²Hσ* : sit publica Caesare terra *Ellis* 100 eant *EHOΣ*
 103 petito *Chr. Daumius* : pete *O²* : petis *αωO* 109 dignum est
BCOΣ 119 crudusue *BΟΣ* 125 poenae *om. A* qui pena *E*
 et qui multa metu sed poena *BC* : multa metu cohibet poena *HΟΣ*

OVIDI NASONIS

ergo tam placidas orator missus ad aures,
ut propior patriae sit fuga nostra roga.
ille ego sum, qui te colui, quem festa solebat
inter convivas mensa videre tuos : 130
ille ego, qui duxi vestros Hymenaeon ad ignes,
et cecini fausto carmina digna toro :
cuius te solitum memini laudare libellos,
exceptis domino qui nocuere suo :
cui tua nonnumquam miranti scripta legebas : 135
ille ego de vestra cui data nupta domo est.
hanc probat et primo dilectam semper ab aevo
est inter comites Marcia censa suas,
inque suis habuit matertera Caesaris ante :
quarum iudicio siqua probata, proba est. 140
ipsa sua melior fama, laudantibus istis,
Claudia divina non eguisset ope.
nos quoque praeteritos sine labe peregimus annos :
proxima pars vitae transilienda meae.
sed de me ut sileam, coniunx mea sarcina vestra est : 145
non potes hanc salva dissimulare fide.
confugit haec ad vos, vestras amplectitur aras
(iure venit cultos ad sibi quisque deos)
flensque rogat, precibus lenito Caesare vestris,
busta sui fiant ut propiora viri. 150

III

HANC tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem :
qui miser est, ulli si suus esse potest.
reddita confusae nuper solacia menti
auxilium nostris spemque tulere malis.
utque Machaoniis Poeantius artibus heros 5
lenito medicam vulnere sensit opem,

138 socias exc. Scal. 144 meae est BCOS 145 taceam BO
III deest haec epistula in A

EX PONTO I

sic ego mente iacens et acerbo saucius ictu
admonitu coepi fortior esse tuo:
et iam deficiens sic ad tua verba revixi,
ut solet infuso vena redire mero. 10
non tamen exhibuit tantas facundia vires,
ut mea sint dictis pectora sana tuis.
ut multum demas nostrae de gurgite curae,
non minus exhausto quod superabit erit.
tempore ducetur longo fortasse cicatrix: 15
horrent admotas vulnera cruda manus.
non est in medico semper relevetur ut aeger:
interdum docta plus valet arte malum.
cernis ut e molli sanguis pulmone remissus
ad Stygias certo limite ducat aquas. 20
afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
sanabit nulla vulnera cordis ope.
tollere nodosam nescit medicina podagram,
nec formidatis auxiliatur aquis.
cura quoque interdum nulla medicabilis arte est: 25
aut, ut sit, longa est extenuanda mora.
cum bene firmarunt animum praecepta iacentem,
sumptaque sunt nobis pectoris arma tui,
rursus amor patriae ratione valentior omni,
quod tua fecerunt scripta, retexit opus. 30
sive pium vis hoc sive hoc muliebre vocari,
confiteor misero molle cor esse mihi.
non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat
fumum de patriis posse videre foci.
nescioqua natale solum dulcedine cunctos 35
ducit et inmemores non sinit esse sui.
quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
huc tamen ex ista barbarus urbe fugit.

III 13 demas nostrae *B* 14: demas nostro *CO*: nostrae demas 15
pectore *B* de nostro corpore pene *E* 30 texerunt 16: texuerunt
Barth 35 captos 17 38 ista *BC*: illa 18

OVIDI NASONIS

cum bene sit clausae cavea Pandione natae,
nititur in silvas illa redire suas. 40
adsuetos tauri saltus, adsueta leones
(nec feritas illos impedit) antra petunt.
tu tamen exilii morsus e pectore nostro
fomentis speras cedere posse tuis.
effice vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
talibus ut levius sit caruisse malum. 45
at, puto, qua genitus fueram, tellure carenti
in tamen humano contigit esse loco.
orbis in extremi iaceo desertus harenis,
fert ubi perpetuas obruta terra nives. 50
non ager hic pomum, non dulces educat uvas,
non salices ripa, robora monte virent.
neve fretum laudes terra magis, aequora semper
ventorum rabie solibus orba tument.
quocumque aspicias, campi cultore carentes
vastaque, quae nemo vindicat, arva iacent. 55
hostis adest dextra laevaque a parte timendus,
vicinoque metu terret utrumque latus.
altera Bistonias pars est sensura sarisas,
altera Sarmatica spicula missa manu. 60
i nunc et veterum nobis exempla virorum,
qui forti casum mente tulere refer,
et grave magnanimi robur mirare Rutili
non usi redditus condicione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus et hostica tellus, 65
paene minus nullo Smyrna petenda loco est.
non doluit patria cynicus procul esse Sinopeus,
legit enim sedes, Attica terra, tuas.
arma Neoclides qui Persica contudit armis,
Argolica primam sensit in urbe fugam. 70

47 fueram genitus *CEOω* 51 herbas *EΣ* 55 aspicies *BCΣ*
56 vindicet *Σ* : uendicet *E* 59 sarisas *BC*; cf. *Ehwald, Kr. B.*
p. 41 : sagittas *ω* 66 loco est *BCE* : loco *ω*

EX PONTO I

pulsus Aristides patria Lacedaemonia fugit,
inter quas dubium, quae prior esset, erat.
caede puer facta Patroclus Opunta reliquit,
Thessalicamque adiit hospes Achillis humum.
exul ab Haemonia Pirenida cessit ad undam, 75
quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.
liquit Agenorides Sidonia moenia Cadmus,
poneret ut muros in meliore loco.
venit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus,
et Teucrum Veneri grata recepit humus. 80
quid referam veteres Romanae gentis, apud quos
exulibus tellus ultima Tibur erat?
persequar ut cunctos, nulli datus omnibus aevis
tam procul a patria est horridiorve locus.
quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti: 85
quae facit ex dictis, non ita multa, tuis.
nec tamen infitior, si possint nostra coire
vulnera, praeceptis posse coire tuis.
sed vereor ne me frustra servare labores,
neu iuver admota perditus aeger ope. 90
nec loquor haec, quia sit maior prudentia nobis,
sed sum quam medico notior ipse mihi.
ut tamen hoc ita sit, munus tua grande voluntas
ad me pervenit consuliturque boni.

IV

IAM mihi deterior canis aspergitur aetas,
iamque meos vultus ruga senilis arat:
iam vigor et quasso languent in corpore vires,
nec, iuveni lusus qui placuere, iuvant.

85-86 del. Beniley, Korn, defenderunt Dinter, *De Ou. ex P. Comment.*
ii. 36, Schreuders, *Obss. p. 3a* 86 sic codd. i. q. ea, quae amicus tuus,
qui dolet, facit secundum dicta tua non ita multa sunt; cf. Ehwald, *Kr. B.*
p. 53 qui T. Faber: qui faciam Dinter 91 quin exc. *Pol.* 94
consulunque 5: consuluitque *E*: consuluitque bene *B²⁵*: consiliumque
dedit *O*

OVIDI NASONIS

nec, si me subito videas, agnoscere possis, 5
aetatis facta est tanta ruina meae.
confiteor facere hoc annos, sed et altera causa est,
anxietas animi continuusque labor.
nam mea per longos siquis mala digerat annos,
crede mihi, Pylio Nestore maior ero. 10
cernis ut in duris (et quid bove firmius?) arvis
fortia taurorum corpora frangat opus.
quae numquam vacuo solita est cessare novali,
fructibus assiduis lassa senescit humus.
occidet, ad Circi siquis certamina semper 15
non intermissis cursibus ibit equus.
firma sit illa licet, solvetur in aequore navis,
quae numquam liquidis sicca carebit aquis.
me quoque debilitat series inmensa malorum,
ante meum tempus cogit et esse senem. 20
otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis :
inmodicus contra carpit utrumque labor.
aspice, in has partis quod venerit Aesone natus,
quam laudem a sera posteritate ferat.
at labor illius nostro leviorque minorque est, 25
si modo non verum nomina magna premunt.
ille est in Pontum Pelia mittente profectus,
qui vix Thessaliae fine timendus erat.
Caesaris ira mihi nocuit, quem solis ab ortu
solis ad occasus utraque terra tremit. 30
iunctior Haemonia est Ponto, quam Roma, Sinistro,
et brevius, quam nos, ille peregit iter.
ille habuit comites primos telluris Achivae :
at nostram cuncti destituere fugam.

IV 8 dolor *H* 9 dirigat *C* 19 laborum *BEOΣ*; cf. 22
31-32 del. *Heinsius, Korn, defendit Schreuders, Obss. p. 25* 31
sinistro Burmann; cf. H. xii. 28: sit histro codd.

EX PONTO I

nos fragili ligno vastum sulcavimus aequor : 35
 quae tulit Aesoniden, densa carina fuit.
 nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus
 quas fugerem docuit quas sequererque vias.
 illum tutata est cum Pallade regia Iuno :
 defendere meum numina nulla caput. 40
 illum furtivae iuvere Cupidinis artes ;
 quas a me vellem non didicisset Amor.
 ille domum rediit : nos his moriemur in arvis,
 perstiterit laesi si gravis ira dei.
 durius est igitur nostrum, fidissima coniunx,
 illo, quod subiit Aesone natus, opus. 45
 te quoque, quam iuvenem discedens urbe reliqui,
 credibile est nostris insenuisse malis.
 o, ego di faciant talem te cernere possim,
 caraque mutatis oscula ferre comis,
 amplexique meis corpus non pingue lacertis, 50
 et 'gracile hoc fecit' dicere 'cura mei',
 et narrare meos fleti flens ipse labores,
 sperato numquam conloquioque frui,
 turaque Caesaribus cum coniuge Caesare digna,
 dis veris, memori debita ferre manu ! 55
 Memnonis hanc utinam lenito principe mater
 quam primum roseo provocet ore diem !

V

ILLE TUOS quandam non ultimus inter amicos,
 ut sua verba legas, Maxime, Naso rogat.
 in quibus ingenium desiste requirere nostrum,
 nescius exilii ne videare mei.

36 densa carina *exc. Scaligeri; cf. Ehwald, Kr. B. p. 26:* sa
 carina *A* : saccarina *C* : sacra carina *B* (*sed sacra in rasuro*) *C²⁵* :
 firma carina *EOω* 46 onus *O Argentoratensis* ; *sed cf. v. 28* 49
 ergo ego *HΣ* possim *Σ* : possem *αεω* 50 genis *Σ*

OVIDI NASONIS

cernis ut ignavum corrumpant otia corpus, 5
ut capiant vitium, ni moveantur, aquae.
et mihi si quis erat ducendi carminis usus,
deficit estque minor factus inerte situ.
haec quoque, quae legitis, siquid mihi, Maxime, credis,
scribimus invita vixque coacta manu. 10
non libet in talis animum contendere curas,
nec venit ad duros Musa vocata Getas.
ut tamen ipse vides, luctor deducere versum :
sed non fit fato mollior ille meo.
cum relego, scripsisse pudet, quia plurima cerno 15
me quoque, qui feci, iudice digna lini.
nec tamen emendo. labor hic quam scribere maior,
mensque pati durum sustinet aegra nihil.
scilicet incipiam lima mordacius uti,
et sub iudicium singula verba vocem ? 20
torquet enim fortuna parum, nisi Lixus in Hebrum
confluat, et frondes Alpibus addat Atho ?
parcendum est animo miserabile vulnus habenti.
subducunt oneri colla perusta boves.
at, puto, fructus adest, iustissima causa laborum, 25
et sata cum multo faenore reddit ager ?
tempus ad hoc nobis, repetas licet omnia, nullum
profuit (atque utinam non nocuisset !) opus.
cur igitur scribam, miraris ? miror et ipse,
et tecum quaero saepe quid inde petam. 30
an populus vere sanos negat esse poetas,
sumque fides huius maxima vocis ego,
qui, sterili totiens cum sim deceptus ab arvo,
damnosa persto condere semen humo ?

V 6 capeant uitio A, unde ut careant uitio, si *Merkel* 11 demitt-
tere exc. *Scal.* 21 lixus ABH; cf. *Ehwald*, Kr. B. p. 41: licus
(= Lycus) C (*in quo -cus in ras. m. 2*) Oω: lyrus E: Lissus *Merkel*:
Nilus *Hansius* 22 athos CEHOΣ; sed cf. *Liu.* xliv. 11. 3

EX PONTO I

scilicet est cupidus studiorum quisque suorum, 35
 tempus et adsueta ponere in arte iuvat.
 saucus eiurat pugnam gladiator, et idem
 inmemor antiqui vulneris arma capit.
 nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis,
 et dicit remos qua modo navit aqua. 40
 sic ego constanter studium non utile servo,
 et repeto, nolle quas coluisse, deas.
 quid potius faciam? non sum, qui segnia ducam
 otia: mors nobis tempus habetur iners.
 nec iuvat in lucem nimio marcescere vino, 45
 nec tenet incertas alea blanda manus.
 cum dedimus somno quas corpus postulat horas,
 quo ponam vigilans tempora longa modo?
 moris an oblitus patrii contendere discam
 Sarmaticos arcus, et trahar arte loci? 50
 hoc quoque me studium prohibent adsumere vires,
 mensque magis gracili corpore nostra valet.
 cum bene quaeasieris quid agam, magis utile nil est
 artibus his, quae nil utilitatis habent.
 consequor ex illis casus oblivia nostri: 55
 hanc messem satis est si mea reddit humus.
 gloria vos acuat, vos, ut recitata probentur
 carmina, Pieriis invigilate choris.
 quod venit ex facilis, satis est componere nobis,
 et nimis intenti causa laboris abest. 60
 cur ego sollicita poliam mea carmina cura?
 an verear ne non approbet illa Getes?
 forsitan audacter faciam, sed glorior Histrum
 ingenio nullum maius habere meo.
 hoc, ubi vivendum est, satis est, si consequor arvo, 65
 inter inhumanos esse poeta Getas.

50 trahor α

60 doloris C

62 uereor BCEOS

OVIDI NASONIS

quo mihi diversum fama contendere in orbem?
 quem fortuna dedit, Roma sit ille locus.
hoc mea contenta est infelix Musa theatro :
 sic merui, magni sic voluere dei. 70
nec reor hinc istuc nostris iter esse libellis,
 quo Boreas pinna deficiente venit.
dividimur caelo, quaeque est procul urbe Quirini,
 aspicit hirsutos comminus Vrsa Getas.
per tantum terrae, tot aquas vix credere possum 75
 indictum studii transiluisse mei.
finge legi, quodque est mirabile, finge placere :
 auctorem certe res iuvat ista nihil.
quid tibi, si calidae, prosit, laudere Syenae,
 aut ubi Taprobanen Indica tingit aqua? 80
altius ire libet? si te distantia longe
 Pleiadum laudent signa, quid inde feras?
sed neque pervenio scriptis mediocribus istuc,
 famaque cum domino fugit ab urbe suo.
vosque, quibus perii, tunc cum mea fama sepulta est, 85
 nunc quoque de nostra morte tacere reor.

VI

EcQVID, ut audisti (nam te diversa tenebat
 terra) meos casus, cor tibi triste fuit?
dissimiles metuasque licet, Graecine, fateri,
 si bene te novi, triste fuisse liquet.
non cadit in mores feritas inamabilis istos,
 nec minus a studiis dissidet illa tuis. 5
artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
 pector a mollescunt asperitasque fugit.

79 calidae . . . Syenae *Riese, Ehwald, Kr. B. p. 53*: calidae . . .
syene *B*: calida . . . si ne *A*: calide . . . syonea *C*: calida . . . Syene
ω 80 tingit *O*: pingit ωω: cingit ♂ 81-82 *secluserunt*
Bentley, Merkel
VI 5 illos *C*

EX PONTO I

nec quisquam meliore fide complectitur illas,
 qua sinit officium militiaeque labor. 10
 certe ego cum primum potui sentire quid essem
 (nam fuit attoniti mens mea nulla diu),
 hoc quoque fortunam sensi, quod amicus abesses,
 qui mihi praesidium grande futurus eras.
 tecum tunc aberant aegrae solacia mentis, 15
 magna pars animi consiliique mei.
 at nunc, quod superest, fer opem, precor, eminus unam,
 adloquioque iuva pectora nostra tuo,
 quae, non mendaci si quicquam credis amico,
 stulta magis dici quam scelerata decet. 20
 nec breve nec tutum peccati quae sit origo
 scribere ; tractari vulnera nostra timent.
 qualicumque modo mihi sunt ea facta, rogare
 desine : non agites, siqua coire velis.
 quicquid id est, ut non facinus, sic culpa vocanda est. 25
 omnis an in magnos culpa deos scelus est?
 spes igitur menti poenae, Graecine, levandae
 non est ex toto nulla relicta meae.
 haec dea, cum fugerent sceleratas numina terras,
 in dis invisa sola remansit humo. 30
 haec facit ut vivat fossor quoque compede vinctus,
 liberaque a ferro crura futura putet.
 haec facit ut, videat cum terras undique nullas,
 naufragus in mediis brachia iactet aquis.
 saepe aliquem sollers medicorum cura reliquit, 35
 nec spes huic vena deficiente cadit.
 carcere dicuntur clausi sperare salutem,
 atque aliquis pendens in cruce vota facit.

12 attoniti *Ehwald, Kr. B. p. 46* : attonito *codd.* mea] mihi 13 co
 13 fortunae *5 Heinsius* hanc . . . fortunam *E* 16 consiliumque
H5 21 tutum est *BCEHOS* 23 qualiacumque *A* sunt
Ehwald, Kr. B. p. 69 : sint *codd.*

OVIDI NASONIS

haec dea quam multos laqueo sua colla ligantis
non est proposita passa perire nece ! 40
me quoque conantem gladio finire dolorem
arguit injecta continuitque manu,
'quid' que 'facis ? lacrimis opus est, non sanguine' dixit,
'saepe per has flecti principis ira solet.'
quamvis est igitur meritis indebita nostris, 45
magna tamen spes est in bonitate dei.
qui ne difficilis mihi sit, Graecine, precare,
confer et in votum tu quoque verba meum.
inque Tomitana iaceam tumulatus harena,
si te non nobis ista vovere liquet. 50
nam prius incipient turris vitare columbae,
antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas,
quam male se praestet veteri Graecinus amico.
non ita sunt fatis omnia versa meis.

VII

LITTERA pro verbis tibi, Messaline, salutem
quam legis, a saevis attulit usque Getis.
indicat auctorem locus ? an, nisi nomine lecto,
haec me Nasonem scribere verba latet ?
ecquis in extremo positus iacet orbe tuorum, 5
me tamen excepto, qui precor esse tuus ?
di procul a cunctis, qui te venerantur amantque,
huius notitiam gentis habere velint.
nos satis est inter glaciem Scythicasque sagittas
vivere, si vita est mortis habenda genus. 10
nos premat aut bello tellus, aut frigore caelum,
truxque Getes armis, grandine pugnet hiems :

42 arguit *ABEHΣ* ; cf. *Met.* xi. 173 : arcuit *CΟΣ* injectam . . .
manum *O*
VII 8 abesse *EΟΣ* 12 pulset *Σ* ; cf. iv. 14. 98, *Met.* vi. 692 :
pugnat *EO* : pungat *Merkel*

EX PONTO I

nos habeat regio nec pomo feta nec uvis,
et cuius nullum cesseret ab hoste latus.
cetera sit sospes cultorum turba tuorum, 15
in quibus, ut populo, pars ego parva fui.
me miserum, si tu verbis offenderis istis
nosque negas ulla parte fuisse tuos !
idque sit ut verum, mentito ignoscere debes
nil demit laudi gloria nostra tuae. 20
quis se Caesaribus notus non fingit amicum ?
da veniam fasso : tu mihi Caesar eras.
nec tamen intrumpo quo non licet ire, satisque est
atria si nobis non patuisse negas.
utque tibi fuerit mecum nihil amplius, uno 25
nempe salutaris, quam prius, ore minus.
nec tuus est genitor nos infinitatus amicos,
hortator studii causaque faxque mei :
cui nos et lacrimas, supremum in funere munus,
et dedimus medio scripta canenda foro. 30
adde quod est frater, tanto tibi iunctus amore,
quantus in Atridis Tyndaridisque fuit :
is me nec comitem nec designatus amicum est :
si tamen haec illi non nocitura putas.
si minus, hac quoque me mendacem parte fatebor : 35
clausa mihi potius tota sit ista domus.
sed neque claudenda est, et nulla potentia vires
praestandi, ne quid peccet amicus, habet.
et tamen ut cuperem culpam quoque posse negari,
sic facinus nemo nescit abesse mihi. 40
quod nisi delicti pars excusabilis esset,
parva relegari poena futura fuit.
ipse sed hoc vidit, qui pervidet omnia, Caesar,
stultitiam dici crimina posse mea :

19-22 del. Merkel, 21-22 suspectos Heinsio del. Bentley, defendit
Schreuders, Obss. p. 36 22 eras AB²T : eris BCEO⁵

OVIDI NASONIS

queaque ego permisi, queaque est res passa, pepercit, 45
 usus et est modice fulminis igne sui.
nec vitam nec opes nec ademit posse reverti,
 si sua per vestras victa sit ira preces.
at graviter cecidi. quid enim mirabile, si quis
 a Iove percussus non leve vulnus habet? 50
ipse suas etiam vires inhiberet Achilles,
missa gravis ictus Pelias hasta dabat.
iudicium nobis igitur cum vindicis adsit,
non est cur tua me ianua nosse neget.
culta quidem, fateor, citra quam debuit, illa est : 55
 sed fuit in fatis hoc quoque, credo, meis.
nec tamen officium sensit domus altera nostrum
 sic illic : vestro sub Lare semper eram.
quaequa tua est pietas, ut te non excolat ipsum,
 ius aliquod tecum fratris amicus habet. 60
quid quod, ut emeritis referenda est gratia semper,
 sic est fortunae promeruisse tuae?
quod si permittis nobis suadere quid optes,
 ut des quam reddas plura precare deos.
idque facis, quantumque licet meminisse, solebas 65
 officii causae pluribus esse datis.
quo libet in numero me, Messaline, repone,
 sim modo pars vestrae non aliena domus :
et mala Nasonem, quoniam meruisse videtur,
 si non ferre doles, at meruisse dole. 70

51 etiam *ασ* : quamuis *EHOΣ* 52 dabit *A* : dedit *E* : tulit *O*
56 sed] et *Riese* crede *ω*; sed cf. *Am.* iii. 2. 26 57 nescit
Korn *domus*] magis *Parisinus* 8239, *Schreunders* 58 sic *Ehwald*,
Kr. B. p. 75: hic *odd.* 61-66 *seclusus Weise*, 65-66 *del. Bentley*
66 causae *Purser*: causa *ABω*: causā *C*: causam *γ* datis *emendauit*;
cf. *Met.* vi. 463: dati *CHω*: dari *AB* causam pluribus ipse dare
Madvig, *Adu.* ii. 101: causae p. e. dati *Purser*: causa p. e. dator
Schenkl: uersum lacunae *explendae confictum censerent Roeper*, *Korn*

EX PONTO 1

VIII

A TIBI dilecto missam Nasone salutem
accipe, pars animae magna, Severe, meae.
neve roga quid agam. si persequar omnia, flebis ;
summa satis nostri si tibi nota mali.
vivimus assiduis expertes pacis in armis, 5
dura pharetrato bella movente Geta.
deque tot expulsis sum miles in exule solus :
tuta, neque invideo, cetera turba latet.
quoque magis nostros venia dignere libellos,
haec in procinctu carmina facta leges. 10
stat vetus urbs, ripae vicina binominis Histri,
moenibus et positu vix adeunda loci.
Caspios Aegis, de se si credimus ipsis,
condidit, et proprio nomine dixit opus.
hanc ferus, Odrysii inopino Marte peremptis, 15
cepit et in regem sustulit arma Getes.
ille memor magni generis, virtute quod auget,
protinus in numero milite cinctus adest.
nec prius abscessit, merita quam caede nocentum
20
at tibi, rex aevo, detur, fortissime nostro,
semper honorata sceptra tenere manu.
teque, quod et praestat (quid enim tibi plenius optem?)
Martia cum magno Caesare Roma probet.
sed memor unde abii, queror, o iucunde sodalis, 25
accedunt nostris saeva quod arma malis.

VIII 4 si *A*: sit cett. *codd.* 13 aegisos *AB* : etpiosos *C* :
egesus, egissus ω : egipsum *O* 20 *om. A* : audaces animos contuderit
(contuderat *Riese*) populi *BC* : se nimis ulciscens extitit ipse nocens ω ,
utrumque supplementum expulit Merkel, Ouidio abudicauit Ehwald,
Kr. B. p. 11, 17 23 praestat sc. Roma cum Caesare probationem:
praesto est frustra coniecit Merkel 26 accedunt BO ζ : accedant
ACE ζ

OVIDI NASONIS

ut careo vobis, Stygias detrusus in oras,
quattuor autumnos Pleias orta facit.
nec tu credideris urbanae commoda vitae
quaerere Nasonem, quaerit et illa tamen. 30
nam modo vos animo dulces reminiscor amici,
nunc mihi cum cara coniuge nata subit :
aque domo rursus pulchrae loca vertor ad urbis,
cunctaque mens oculis pervidet usa suis.
nunc fora, nunc aedes, nunc marmore tecta theatra, 35
nunc subit aequata porticus omnis humo.
gramina nunc Campi pulchros spectantis in hortos,
stagnaque et euripi Virgineusque liquor.
at, puto, sic urbis misero est erepta voluptas,
quolibet ut saltem rure frui liceat? 40
non meus amissos animus desiderat agros,
ruraque Paeligno conspicienda solo,
nec quos piniferis positos in collibus hortos
spectat Flaminiae Clodia iuncta viae.
quos ego nesciocui colui, quibus ipse solebam 45
ad sata fontanas, nec pudet, addere aquas :
sunt ubi, si vivunt, nostra quoque consita quaedam,
sed non et nostra poma legenda manu.
pro quibus amissis utinam contingere possit
hic saltem profugo glaeba colenda mihi ! 50
ipse ego pendentis, liceat modo, rupe capellas,
ipse velim baculo pascere nixus oves ;
ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,
ducam ruricolas sub iuga curva boves ;
et discam Getici quae norunt verba iuvenci, 55
adsuetas illis adiciamque minas.
ipse manu capulum pressi moderatus aratri
experiar mota spargere semen humo.

27 Stygias *αΙΗΣ*; cf. iv. 9. 74, *Trist.* iv. 5. 22 : scythicas *ΕΟΣ*
34 praeuidet *ΕΟΣ* illa *BCEω* 47 ibi *CEHOS* 57 prensi *ατ*

EX PONTO I

nec dubitem longis purgare ligonibus herbas,
et dare iam sitiens quas bibat hortus aquas. 60
unde sed hoc nobis, minimum quos inter et hostem
discrimen murus clausaque porta facit?
at tibi nascenti, quod toto pectore laetor,
nerunt fatales fortia fila deae.
te modo Campus habet, densa modo porticus umbra, 65
nunc, in quo ponis tempora rara, forum:
Vmbria nunc revocat, nec non Albana petentem
Appia ferventi ducit in arva rota.
forsitan hic optes, ut iustum supprimat iram
Caesar, et hospitium sit tua villa meum. 70
a! nimium est, quod, amice, petis: moderatius opta,
et voti quaeso contrahe vela tui.
terra velim propior nullique obnoxia bello
detur: erit nostris pars bona dempta malis.

IX

QVAE mihi de rapto tua venit epistula Celso,
protinus est lacrimis umida facta meis;
quodque nefas dictu, fieri nec posse putavi,
invitis oculis littera lecta tua est.
nec quicquam ad nostras pervenit acerbius aures, 5
ut sumus in Ponto, perveniatque precor.
ante meos oculos tamquam praesentis imago
haeret, et extinctum vivere fingit amor.
saepe refert animus lusus gravitate carentes,
seria cum liquida saepe peracta fide. 10
nulla tamen subeunt mihi tempora densius illis,
quae vellem vitae summa fuisse meae,
cum domus ingenti subito mea lapsa ruina
concidit in domini procubuitque caput.

⁷⁴ erat *A*
IX ¹ tua] nunc *BC*

OVIDI NASONIS

adfuit ille mihi, cum me pars magna reliquit, 15
Maxime, fortunae nec fuit ipse comes.
illum ego non aliter flentem mea funera vidi,
ponendus quam si frater in igne foret.
haesit in amplexu consolatusque iacentem est,
cumque meis lacrimis miscuit usque suas. 20
o quotiens vitae custos invitus amarae
continuit promptas in mea fata manus !
o quotiens dixit 'placabilis ira deorum est :
vive nec ignosci tu tibi posse nega !'
vox tamen illa fuit celeberrima, 'respice, quantum 25
debeat auxilium Maximus esse tibi.
Maximus incumbet, quaque est pietate, rogabit,
ne sit ad extremum Caesaris ira tenax ;
cumque suis fratris vires adhibebit, et omnem,
quo levius doleas, experietur opem.' 30
haec mihi verba malae minuerunt taedia vitae.
quae tu ne fuerint, Maxime, vana cave.
huc quoque venturum mihi se iurare solebat
non nisi te longae ius sibi dante viae.
nam tua non alio coluit penetralia ritu, 35
terrarum dominos quam colis ipse deos.
crede mihi, multos habeas cum dignus amicos,
non fuit e multis quolibet ille minor,
si modo non census nec clarum nomen avorum
sed probitas magnos ingeniumque facit. 40
iure igitur lacrimas Celso libamus adempto,
cum fugerem, vivo quas dedit ille mihi :
carmina iure damus raros testantia mores,
ut tua venturi nomina, Celse, legant.
hoc est, quod possum Geticis tibi mittere ab arvis : 45
hoc solum est istic quod licet esse meum.

¹⁷ uulnera *B.C.* ²⁰ ille *E.O.S.* ⁴⁵ possim *A.S.* ⁴⁶ liquet
Heinsius, improbante Schreunders, p. 41 *qui licet Siesbye (Madvig,*
Adu. ii. 102)

EX PONTO I

funera non potui comitare nec ungere corpus,
aque tuis toto divisor orbe rogis.
qui potuit, quem tu pro numine vivus habebas,
praestitit officium Maximus omne tibi. 50
ille tibi exequias et magni funus honoris
fecit et in gelidos versit amoma sinus,
diluit et lacrimis maerens unguenta profusis
ossaque vicina condita texit humo.
qui quoniam extinctis, quae debet, praestat amicis, 55
et nos extinctis adnumerare potest.

X

NASO suo profugus mittit tibi, Flacce, salutem,
mittere rem siquis, qua caret ipse, potest.
longus enim curis vitiatum corpus amaris
non patitur vires languor habere suas.
nec dolor ullus adest, nec febris uror anhelis, 5
et peragit soliti vena tenoris iter.
os hebes est positaeque movent fastidia mensae,
et queror, invisi cum venit hora cibi.
quod mare quod tellus adpone quod educat aer,
nil ibi, quod nobis esuriatur, erit. 10
nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum,
det mihi formosa nava Iuventa manu:
non tamen exacuet torpens sapor ille palatum,
stabit et in stomacho pondus inerte diu.
haec ego non ausim, cum sint verissima, cuvis 15
scribere, delicias ne mala nostra vocet.
scilicet is status est, ea rerum forma mearum,
deliciis etiam possit ut esse locus.
delicias illi precor has contingere, si quis
ne mihi sit levior Caesaris ira timet. 20

52 uersit *Heinsius*: uertit *aeo*: fudit *S*: uergit *Gronouius*
X 12 grata *EHO5*

EX PONTO I

is quoque, qui gracili cibus est in corpore, somnus,
non alit officio corpus inane suo.

sed vigilo vigilantque mei sine fine dolores,
quorum materiam dat locus ipse mihi.

vix igitur possis visos agnoscere vultus,

25

quoque ierit quaeras qui fuit ante color.

parvus in exiles sucus mihi pervenit artus,

membraque sunt cera pallidiora nova.

non haec inmodico contraxi damna Lyaeo :

scis mihi quam solae paene bibantur aquae.

30

non epulis oneror : quarum si tangar amore,

est tamen in Geticis copia nulla locis.

nec vires adimit Veneris damnosa voluptas :

non solet in maestos illa venire toros.

unda locusque nocent et causa valentior istis,

35

anxietas animi, quae mihi semper adest.

haec nisi tu pariter simili cum fratre levares,

vix mens tristitiae nostra tulisset onus.

vos estis fracto tellus non dura phaselο :

quamque negant multi, vos mihi fertis opem.

40

ferte, precor, semper, quia semper egebimus illa,

Caesaris offensum dum mihi numen erit.

qui meritam nobis minuat, non finiat, iram,

suppliciter vestros quisque rogate deos.

*22 inane] ut ante Bentley; sed cf. Ibis 150
excerpta Polit.*

37 hanc 5: hoc

LIBER SECUNDVS

I

Hvc quoque Caesarei pervenit fama triumphi,
languida quo fessi vix venit aura Noti.
nil fore dulce mihi Scythica regione putavi:
iam minus hic odio est, quam fuit ante, locus. 5
tandem aliquid pulsa curarum nube serenum
vidi, fortunae verba dedique meae.
nolit ut ulla mihi contingere gaudia Caesar,
velle potest cuivis haec tamen una dari.
di quoque, ut a cunctis hilari pietate colantur,
tristitiam poni per sua festa iubent. 10
denique, quod certus furor est audere fateri,
hac ego laetitia, si vetet ipse, fruar.
Iuppiter utilibus quotiens iuvat imbribus agros,
mixta tenax segeti crescere lappa solet.
nos quoque frugiferum sentimus inutilis herba 15
numen, et invita saepe iuvamur ope.
gaudia Caesareae mentis pro parte virili
sunt mea: privati nil habet illa domus.
gratia, Fama, tibi, per quam spectata triumphi
incluso mediis est mihi pompa Getis. 20
indice te didici, nuper visenda coisse
innumeras gentes ad ducis ora sui:
quaeque capit vastis inmensum moenibus orbem,
hospitiis Romam vix habuisse locum.

I 7 illa **a5**: noluit illa **E** 17 gentis **Heinsius**, *improbante Schreuders*, p. 43

OVIDI NASONIS

tu mihi narrasti, cum multis lucibus ante 25
 fuderit assiduas nubilus Auster aquas,
 numine caelesti solem fulsisse serenum,
 cum populi vultu conveniente die,
 atque ita victorem cum magnae vocis honore 30
 bellica laudatis dona dedisse viris,
 claraque sumpturum pictas insignia vestes
 tura prius sanctis inposuisse focis,
 iustitiamque sui caste placasse parentis,
 illo quae templum pectore semper habet,
 quaque ierit, felix adiectum plausibus omen, 35
 saxaque roratis erubuisse rosis ;
 protinus argento versos imitantia muros
 barbara cum pictis oppida lata viris,
 fluminaque et montes et in altis proelia silvis, 40
 armaque cum telis in strue mixta sua,
 deque tropaeorum, quod sol incenderit, auro
 aurea Romani tecta fuisse fori,
 totque tulisse duces captivis addita collis
 vincula, paene hostis quot satis esse fuit.
 maxima pars horum vitam veniamque tulerunt, 45
 in quibus et belli summa caputque Bato.
 cur ego posse negem minui mihi numinis iram,
 cum videam mitis hostibus esse deos ?
 pertulit hic idem nobis, Germanice, rumor,
 oppida sub titulo nominis isse tui. 50

26 assuetas C 33 caste Scaliger : castae A : castos B : iustos O:
 t t̄c C placuisse C parentes B̄o 34 quae Scaliger : quo codd.
 35 adiunctum 5 36 iactatis 5 excerpta Pol. : odoratis conieci ;
 cf. Trist. v. 3. 3 37 ueros E5 38 uictis BCEO5 39 proelia
 Merkel : proflua aeoH : pascua EO5 excerpt. Scal. fluminaque in
 montes et in altas proflua silvas Heinsius 40 suis B2O5 41
 incenderit Basileensis : incenderet a5 : incenderat EO5 43 cap-
 tuius 5 Naugerius : captiuos aeo 44 hostis A : hostes cett. codd.
 46 bato A excerpta Scal. : fuit B(in ras.) EHOω : tenet C 48 mitis
 A : mites cett. 49 rettulit B 50 esse aEO5

EX PONTO II

atque ea te contra nec mūri mole nec armis
nec satis ingenio tuta fuisse loci.
di tibi dent annos, a te nam cetera sumes,
sint modo virtuti tempora longa tuae.
quod precor, eveniet : sunt quiddam oracula vatum : 55
nam deus optanti prospера signa dedit.
te quoque victorem Tarpeias scandere in arces
laeta coronatis Roma videbit equis ;
maturosque pater nati spectabit honores,
gaudia percipiens, quae dedit ipse suis. 60
iam nunc haec a me, iuvenum belloque togaque
maxime, dicta tibi vaticinante nota.
hunc quoque carminibus referam fortasse triumphum,
sufficiet nostris si modo vita malis,
inbuero Scythicas si non prius ipse sagittas, 65
abstuleritque ferox hoc caput ense Getes.
quae si me salvo dabitur tua laurea templis,
omina bis dices vera fuisse mea.

II

ILLE domus vestrae primis venerator ab annis,
pulsus ad Euxini Naso sinistra freti,
mittit ab indomitis hanc, Messaline, salutem,
quam solitus praesens est tibi ferre, Getis.
ei mihi, si lecto vultus tibi nomine non est 5
qui fuit, et dubitas cetera perlegere !
perlege, nec mecum pariter mea verba relega :
urbe licet vestra versibus esse meis.
non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset,
clara mea tangi sidera posse manu, 10
55 quiddam *Heumann et Heinsius* : quaedam *αιο* 67 quod *ω*
II 5 ei] o (oe *B*) *α*; heu *ΕΣ* si *AB*(corr.)*ΗΟΣ* ; cf. iv. 8. 13 :
quid *B*(expunctus)*Ϲω* 15*

OVIDI NASONIS

nec nos Enceladi dementia castra secuti
in rerum dominos movimus arma deos,
nec, quod Tydidae temeraria dextera fecit,
numina sunt telis ulla petita meis.
est mea culpa gravis, sed quae me perdere solum
ausa sit, et nullum maius adorta nefas. 15
nil nisi non sapiens possum timidusque vocari :
haec duo sunt animi nomina vera mei.
esse quidem fateor meritam post Caesaris iram
difficilem precibus te quoque iure meis ; 20
quaequae tua est pietas in totum nomen Iuli,
te laedi, cum quis laeditur inde, putas.
sed licet arma feras et vulnera saeva mineris,
non tamen efficies ut timeare mihi.
puppis Achaemeniden Graium Troiana recepit,
profuit et Myso Pelias hasta duci. 25
confugit interdum templi violator ad aram,
nec petere offensi numinis horret opem.
dixerit hoc aliquis tutum non esse. fatemur.
sed non per placidas it mea puppis aquas.
tuta petant alii : fortuna miserrima tuta est : 30
nam timor eventu deterioris abest.
qui rapitur spumante salo, sua brachia tendens
porrigit ad spinas duraque saxa manus,
accipitremque timens pennis trepidantibus ales
audet ad humanos fessa venire sinus, 35
nec se vicino dubitat committere tecto,
quae fugit infestos territa cerva canes.
da, precor, accessum lacrimis, mitissime, nostris,
nec rigidam timidis vocibus obde forem,

32 euentu *AB* : euentus *Coo* 33-34 om. *BC* sic *praestant*
Erfurtanus ac Lipsiensis salo] freto *Erfurt.* qui rapitur | porrigit
spinis dura quae saxa *A* *mutilum archetypum nactus* ; cf. *Senec. Ep. 4. 5* :
qui rapitur fatis quid praeter fata requirit (requirat *5*) | saepe creat
molles aspera spina rosas *B²(man. rec.)EHO⁵* *excerpta Pol.* 35
accipitrem (*ancipitrem Lips.*) metuens *C Lipsiensis* 38 *infesto A*

OVIDI NASONIS

adde nurum neptesque pias natosque nepotum
 ceteraque Augustae membra valere domus ;
 adde triumphatos modo Paeonas, adde quieti
 subdita montanae brachia Dalmatiae. 75
 nec dedignata est abiectis Illyris armis
 Caesareum famulo vertice ferre pedem.
 ipse super currum placido spectabilis ore
 tempora Phoebea virgine nexa tulit. 80
 quem pia vobiscum proles comitavit euntem,
 digna parente suo nominibusque datis,
 fratribus adsimiles, quos proxima templa tenentis
 divus ab excelsa Iulius aede videt.
 his Messalinus, quibus omnia cedere debent,
 primum laetitiae non negat esse locum. 85
 quicquid ab his superest, venit in certamen amoris :
 hac hominum nulli parte secundus erit.
 hanc colet ante diem qua, quae decreta merenti,
 venit honoratis laurea digna comis. 90
 felices, quibus, o, licuit spectare triumphos
 et ducis ore deos aequiperante frui !
 at mihi Sauromatae pro Caesaris ore videndi
 terraque pacis inops undaque vincta gelu.
 si tamen haec audis et vox mea pervenit istuc,
 sit tua mutando gratia blanda loco. 95
 hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab aevo,
 si quid habet sensus umbra diserta, petit.
 hoc petit et frater, quamvis fortasse veretur
 servandi noceat ne tibi cura mei. 100

73 nurum (*i. e. Antoniam*) *ABEHΣ* excerpt. Pol.: nuros C: nurus
 ω neptesque (*i. e. Agrippinam maiorem, Liuillam*) *Cω*: neptemque
 A: neppā/q; B: 83 adsimiles AB *Ehwald*, Kr. B. p. 55: ad-
 similis *Cω* 87 honoris H: 88 eris Σ 89 hunc O colit
EHOΣ qua quae (*sc. est*) scripsi; cf. *Graeber, Quaest. Ov.* i, p. xix:
 quāq; A: qua quam B: q̄mq (*sscr. a*) ut C: quamquam ω: quam
 qua *Heinsius*: noua quae *Merkel* 91 o] hos *EHOΣ* 94 iuncta
AΟΣ; sed cf. iii. 1. 15; Tr. iii. 10. 25 95 istae A: istac *Merkel*:
 illuc *EHOΣ*

EX PONTO II

tota domus rogit hoc : nec tu potes ipse negare
et nos in turbae parte fuisse tuae.
ingenii certe, quo nos male sensimus usos,
Artibus exceptis, saepe probator eras.
nec mea, si tantum peccata novissima demas, 105
esse potest domui vita pudenda tuae.
sic igitur vestrae vigeant penetralia gentis,
curaque sit superis Caesaribusque tui :
mite, sed iratum merito mihi, numen adora,
eximar ut Scythici de feritate loci. 110
difficile est, fateor : sed tendit in ardua virtus,
et talis meriti gratia maior erit.
nec tamen Aetnaeus vasto Polypheus in antro
accipiet voces Antiphatesve tuas :
sed placidus facilisque parens veniaeque paratus, 115
et qui fulmineo saepe sine igne tonat.
qui cum triste aliquid statuit, fit tristis et ipse,
cuique fere poenam sumere poena sua est.
victa tamen vitio est huius clementia nostro,
venit et ad vires ira coacta suas. 120
qui quoniam patria toto sumus orbe remoti,
nec licet ante ipsos procubuisse deos,
quos colis, ad superos haec fer mandata sacerdos,
adde sed et proprias ad mea verba preces.
sic tamen haec tempta, si non nocitura putabis. 125
ignoscet. timeo naufragus omne fretum.

III

MAXIME, qui claris nomen virtutibus aequas,
nec sinis ingenium nobilitate premi,
culte mihi (quid enim status hic a funere differt?)
supremum vitae tempus adusque meae,
rem facis, afflictum non aversatus amicum, 5
qua non est aevo rarior ulla tuo.

110 eximat *A5* me *Argentoratensis*

OVIDI NASONIS

turpe quidem dictu, sed, si modo vera fatemur,
vulgus amicitias utilitate probat.
cura, quid expediat, prius est, quam quid sit honestum,
et cum fortuna statque caditque fides. 10
nec facile invenias multis in milibus unum,
virtutem pretium qui putet esse sui.
ipse decor, recte facti si praemia desint,
non movet, et gratis paenitet esse probum.
nil nisi quod prodest carum est: sed detrahe menti 15
spem fructus avidae, nemo petendus erit.
at redditus iam quisque suos amat, et sibi quid sit
utile, sollicitis supputat articulis.
illud amicitiae quondam venerabile numen
prostat et in quaestu pro meretrice sedet. 20
quo magis admiror, non, ut torrentibus undis,
communis vitii te quoque labe trahi.
diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est:
quae, simul intonuit, proxima quaeque fugat.
en ego, non paucis quondam munitus amicis, 25
dum flavit velis aura secunda meis,
ut fera nimbose tumuerunt aequora vento,
in mediis lacera nave relinquor aquis;
cumque alii nolint etiam me nosse videri,
vix duo projecto tresve tulistis opem. 30
quorum tu princeps. neque enim comes esse, sed auctor,
nec petere exemplum, sed dare dignus eras.
te, nihil exactos nisi nos peccasse fatentem,
sponte sua probitas officiumque iuvat.

III 11 inuenies *EOS* 15 nil *BCω*: et *A*, *unde* et si quid prodest, carum est, et detrahe *Ehwald*, *Kr. B. p. 55*: nec *Merkel* sed
B: si *C*: et *A⁵*: en *EOS* 16 verendum *Madvig* 19 nomen
EHO⁵; cf. *Tr. i. 8. 15*: respexit hunc locum *Ennodius*, *Carm. ii. 15, ed. Vogel*. ‘permulcent pelagi numen uenerabile cantu’ 33 exactos
Ehwald, i. e. *te, qui fateris, nos, qui nunc exacti sumus, peccasse solum,*
non scelus commisisse, *Kr. B. p. 56*: ex acto *codd.* nos] non A:
uos *C* fatemur *B* (*corr. B²*) ex acto n. te fecisse petentem *Tan. Faber*

EX PONTO II

iudice te mercede caret per seque petenda est 35
 externis virtus incomitata bonis.
 turpe putas abigi, quia sit miserandus, amicum,
 quodque sit infelix, desinere esse tuum.
 mitius est lasso digitum supponere mento,
 mergere quam liquidis ora natantis aquis. 40
 cerne quid Aeacides post mortem praestet amico :
 instar et hanc vitam mortis habere puta.
 Pirithoum Theseus Stygias comitavit ad undas :
 a Stygia quantum mors mea distat aqua ?
 adfuit insano iuvenis Phoebus Orestae : 45
 et mea non minimum culpa furoris habet.
 tu quoque magnorum laudes admitte virorum,
 ut facis, et lapsu quam potes affer opem.
 si bene te novi, si, qui prius esse solebas,
 nunc quoque es, atque animi non cecidere tui, 50
 quo Fortuna magis saevit, magis ipse resistis,
 utque decet, ne te vicerit illa, caves ;
 et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hostis.
 sic eadem prodest causa nocetque mihi.
 scilicet indignum, iuvenis carissime, ducis 55
 te fieri comitem stantis in orbe deae.
 firmus es, et quoniam non sunt ea, qualia velles,
 vela regis quassae qualiacumque ratis.
 quaeque ita concussa est, ut iam casura putetur,
 restat adhuc umeris fulta ruina tuis. 60
 ira quidem primo fuerat tua iusta, nec ipso
 lenior, offensus qui mihi iure fuit.
 quique dolor pectus tetigisset Caesaris alti,
 illum iurabas protinus esse tuum.

³⁷ abigi *BC Heinsius*; cf. Müller, *De re metr. ed. 2*, p. 291 : abici
⁴⁰ *Aω* ⁴⁴ sors *Heinsius* ⁴⁸ ut facis et] ut facias *A* : utique facis
EHOΣ ⁴⁹ qui] quid *A* : quis *C* : quod *Σ* ⁵⁵ rarissime *edd.*
uett. : clarissime *exc. Pol.*

OVIDI NASONIS

ut tamen audita est nostraes tibi cladis origo, 65
diceris erratis ingemuisse meis.
tum tua me primum solari littera coepit
et laesum flecti spem dare posse deum.
movit amicitiae tum te constantia longae,
ante tuos ortus quae mihi copta fuit, 70
et quod eras aliis factus, mihi natus amicus,
quodque tibi in cunis oscula prima dedi.
quod, cum vestra domus teneris mihi semper ab annis
cultus sit, esse vetus me tibi cogit onus.
me tuus ille pater, Latiae facundia linguae, 75
quae non inferior nobilitate fuit,
primus ut auderem committere carmina famae
impulit: ingenii dux fuit ille mei.
nec quo sit primum nobis a tempore cultus
contendo fratrem posse referre tuum. 80
te tamen ante omnis ita sum complexus, ut unus
quolibet in casu gratia nostra fores.
ultima me tecum vidit maestisque cadentes
excepit lacrimas Aethalis Ilva genis:
cum tibi quaerenti, num verus nuntius esset, 85
attulerat culpae quem mala fama meae,
inter confessum dubie dubieque negantem
haerebam, pavidas dante timore notas,
exemplaque nivis, quam mollit aquaticus Auster,
gutta per attonitas ibat oborta genas. 90
haec igitur referens et quod mea crimina primi
erroris venia posse latere vides,
respicis antiquum lassis in rebus amicum,
fomentisque iuvas vulnera nostra tuis.

74 nunc tibi cogor *E⁹* 76 qui *ſ* 79 quod sit primo *EO⁹*
84 Aethalis Ilua *Rutgers*: aeithali silua *AB*: aut *chili⁹* ilua *C*: italis
ora *B²EHO⁹* 87 dubie *B* (*ut uidetur*) *C Argentorat.*; *om. A:*
medius B²⁹

EX PONTO II

95

pro quibus optandi si nobis copia fiat,
 tam bene promerito commoda mille precer.
 sed si sola mihi dentur tua vota, precabor
 ut tibi sit salvo Caesare salva parens.
 haec ego, cum faceres altaria pinguia ture,
 te solitum memini prima rogare deos. 100

IV

ACCIPE conloquium gelido Nasonis ab Histro,
 Attice, iudicio non dubitande meo.
 ecquid adhuc remanes memor infelicis amici,
 deserit an partis languida cura suas?
 non ita di mihi sunt tristes, ut credere possim 5
 fasque putem iam te non meminisse mei.
 ante oculos nostros posita est tua semper imago,
 et videor vultus mente videre tuos.
 seria multa mihi tecum conlata recordor,
 nec data iucundis tempora pauca iocis. 10
 saepe citae longis visae sermonibus horae,
 saepe fuit brevior quam mea verba dies.
 saepe tuas venit factum modo carmen ad auris
 et nova iudicio subdita Musa tuo est.
 quod tu laudaras, populo placuisse putabam. 15
 hoc pretium curiae dulce regentis erat.
 utque meus lima rasus liber esset amici,
 non semel admonitu facta litura tuo est.
 nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis,
 nos via, nos iunctis curva theatra locis. 20

96 precer *Heinsius*: precor *codd.*

IV a dubitande *EΣ*: dubitante *ωω* 6 fasue *Bentley* 7 posita
 est *BC*: tua. e. *A* : tua stat *Argentorat.* : praesto est *ω* : uisa est *E*
Gothanus: extat *O*: tua adest *L. Müller*: tua nunc *Merkel* 16
 regentis *AΟΣ*, 'loquitur de amici cura poetae operam regente' *Riese*:
 recentis *BCE*: monentis *HΣ*

OVIDI NASONIS

denique tantus amor nobis, carissime, semper,
quantus in Aeacide Nestorideque fuit.
non ego, si biberes securae pocula Lethes,
excidere haec credam pectore posse tuo.
longa dies citius brumali sidere, noxque
tardior hiberna solstitialis erit, 25
nec Babylon aestum, nec frigora Pontus habebit,
calthaque Paestanas vincet odore rosas,
quam tibi nostrarum veniant oblivia rerum.
non ita pars fati candida nulla mei est. 30
ne tamen haec dici possit fiducia mendax
stultaque credulitas nostra fuisse, cave,
constantique fide veterem tutare sodalem,
qua licet et quantum non onerosus ero.

V

CONDITA disparibus numeris ego Naso Salano
praeposita misi verba salute meo.
quae rata sit, cupio, rebusque ut comprobet omen,
te precor a salvo possit, amice, legi.
candor, in hoc aevo res intermortua paene, 5
exigit ut faciam talia vota tuus.
nam fuerim quamvis modico tibi iunctus ab usu,
diceris exiliis indoluisse meis;
missaque ab Euxino legeres cum carmina Ponto,
illa tuus iuvit qualiacumque favor; 10
optastique brevi solvi mihi Caesaris iram,
quod tamen optari, si sciat, ipse sinat.

25 citior *EOS*

V 3 ut om. A res bisque ut Schenkl; sed cf. Am. i. 12. 27 comprobet (coprobet A) αω : competat Merkel ; codicum fidem confirmavit Vahlen, *Anfänge der Heroïden*, p. 32 8 condoluisse H: ingemuisse ΕΣ 11 breui solui Postgate, cf. Met. ix. 274 : breuem αω salui αΗΣ : saluo Σ : fieri ΕΟΣ breuem statui conieceram, ed. Trist. p. ciii

EX PONTO II

moribus ista tuis tam mitia vota dedisti,
 nec minus idcirco sunt ea grata mihi.
quoque magis moveare malis, doctissime, nostris, 15
 credibile est fieri condicione loci.
vix hac invenies totum, mihi crede, per orbem,
 quae minus Augusta pace fruatur humus.
tu tamen hic structos inter fera proelia versus
 et legis et lectos ore favente probas, 20
ingenioque meo, vena quod paupere manat,
 plaudis, et e rivo flumina magna facis.
grata quidem sunt haec animo suffragia nostro,
 vix sibi cum miseros posse placere putes.
dum tamen in rebus temptamus carmina parvis, 25
 materiae gracili sufficit ingenium.
nuper, ut huc magni pervenit fama triumphi,
 ausus sum tantae sumere molis opus.
obruit audentem rerum gravitasque nitorque,
 nec potui coepti pondera ferre mei. 30
illuc, quam laudes, erit officiosa voluntas :
 cetera materia debilitata iacent.
qui si forte liber vestras pervenit ad auris,
 tutelam mando sentiat ille tuam.
hoc tibi facturo, vel si non ipse rogarem, 35
 accedat cumulus gratia nostra levis.
non ego laudandus, sed sunt tua pectora, lacte
 et non calcata candidiora nive :
mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse,
 nec lateant artes eloquiumque tuum. 40
te iuvenum princeps, cui dat Germania nomen,
 participem studii Caesar habere solet.
tu comes antiquus, tu primis iunctus ab annis
 ingenio mores aequiperante places.

24 putas *AB*: putat *C*: putet *Guethling*

OVIDI NASONIS

te dicente prius fit protinus impetus illi : 45
 teque habet elicias qui sua verba tuis.
 cum tu desisti mortalique ora quierunt
 tectaque non longa conticuere mora,
 surgit Iuleo iuvenis cognomine dignus,
 qualis ab Eois Lucifer ortus aquis. 50
 dumque silens adstat, status est vultusque diserti,
 spemque decens doctae vocis amictus habet.
 mox, ubi pulsa mora est atque os caeleste solutum,
 hoc superos iures more solere loqui,
 atque 'haec est' dicas 'facundia principe digna': 55
 eloquio tantum nobilitatis inest.
 huic tu cum placeas et vertice sidera tangas,
 scripta tamen profugi vatis habenda putas.
 scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis,
 et servat studii foedera quisque sui : 60
 rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
 rectorem dubiae navita puppis amat.
 tu quoque Pieridum studio, studiose, teneris,
 ingenioque faves, ingeniose, meo.
 distat opus nostrum, sed fontibus exit ab isdem : 65
 artis et ingenuae cultor uterque sumus.
 thyrsus abest a te gustata et laurea nobis,
 sed tamen ambobus debet inesse calor:
 utque meis numeris tua dat facundia nervos,
 sic venit a nobis in tua verba nitor. 70

45 fit protinus *B²ω, om. A* : studii fuit *B* (*ut uidetur*) *C* 48
 clausaque *H⁵* 52 decens *E⁵* : docens *αω* amictus *Heinsius* :
 amicus *codd.* 53 solutum est *C⁵* 59 a. e.] aliquid *A* 67-68
 del. *Korn, Merkel* 67 abest a te *Rothmaler, progr. Nordhausen*,
 1871, p. 15 : sublestare *A* : ubi est a te *BC* : enim uobis *ω* gustata
A Bentley ad Hor. iii. 30. 15; cf. Iuu. vii. 19 : gestata *BCω* et
Rothmaler: est *αω* delphica non aequa gestata est laurea nobis
fragm. Vat. 5 'thyrsus quidem non geris laurumque non momor-
disti mecum!' *Rothmaler* 68 color *O*, quod connect *Merkel ad Ibin.*
p. 373

EX PONTO II

iure igitur studio confinia carmina vestro
et commilitii sacra tuenda putas.
pro quibus ut maneat, de quo censeris, amicus,
comprecor ad vitae tempora summa tuae,
succedatque suis orbis moderator habenis : 75
quod mecum populi vota precantur idem.

VI

CARMINE Graecinum, qui praesens voce solebat,
tristis ab Euxinis Naso salutat aquis.
exulis haec vox est : praebet mihi littera linguam,
et si non liceat scribere, mutus ero.
corripis, ut debes, stulti peccata sodalis,
et mala me meritis ferre minora doces. 5
vera facis sed sera meae convicia culpae :
aspera confesso verba remitte reo.
cum poteram recto transire Ceraunia velo,
ut fera vitarem saxa, monendus eram. 10
nunc mihi naufragio quid prodest discere facto,
qua mea debuerit currere cumba via ?
brachia da lasso potius prendenda natanti,
nec pigeat mento supposuisse manum.
idque facis, faciasque precor. sic mater et uxor,
sic tibi sint fratres totaque salva domus : 15
quodque soles animo semper, quod voce precari,
omnia Caesaribus sic tua facta probes.
turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
auxilium nulla parte tulisse tuum : 20
turpe referre pedem, nec passu stare tenaci :
turpe laborantem deseruisse ratem :

*72 commilitis a 75 tuis EΣ exc. Scaligeri moderatus A
Madvig, Adu. ii. p. 103; sed cf. Ehwald, Kr. B. p. 38
VI 6 doces T. Faber: doles codd. 11 dicere EΣ*

OVIDI NASONIS

turpe sequi casum et fortunae accedere amicum,
et, nisi sit felix, esse negare suum.
non ita vixerunt Strophio atque Agamemnnone nati, 25
non haec Aegidae Pirithoique fides :
quos prior est mirata, sequens mirabitur aetas,
in quorum plausus tota theatra sonant.
tu quoque per durum servato tempus amico
dignus es in tantis nomen habere viris. 30
dignus es, et, quoniam laudem pietate mereris,
non erit officii gratia surda tui.
crede mihi, nostrum si non mortale futurum est
carmen, in ore frequens posteritatis eris.
fac modo permaneas lasso, Graecine, fidelis, 35
duret et in longas inpetus iste moras.
quae tu cum praestes, remo tamen utor in aura,
nec nocet admisso subdere calcar equo.

VII

ESSE salutatum vult te mea littera primum
a male pacatis, Attice, missa Getis.
proxima subsequitur, quid agas, audire voluntas,
et si, quicquid agis, sit tibi cura mei.
nec dubito quin sit: sed me timor ipse malorum 5
saepe supervacuos cogit habere metus.
da veniam, quaeso, nimioque ignosce timori.
tranquillas etiam naufragus horret aquas.
qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,
omnibus unca cibis aera subesse putat. 10

23-24 *suspectos Heinsio del. Bentley, Korn, Merkel* 23 *cedere*
25 24 *tuum* *5 Riese*; *sed cf. i. 3. 2* 30 *om. A* 35 *lapsio E*
VII 3 *volutatas* *a*; *cf. Vahlen, Anfänge d. Heroïden*, p. 33 4 *si*
quicquid *BCH*: *si quid A*: *iam si quid E exc. Pol.* bene siquid
Argentorat, *5*: *nunc quicquid O* 5 *tenor Bentley*:
tumor Merkel: *nihil mutandum*; *cf. Cic. Tusc. iv. 8. 19* ‘timorem
(definiunt) metum appropinquantis mortis’ (*Ehwald, Kr. B. p. 28*)

EX PONTO II

saepe canem longe visum fugit agna lupumque
 credit, et ipsa suam nescia vitat opem.
 membra reformidant mollem quoque saucia tactum,
 vanaque sollicitis incutit umbra metum.
 sic ego Fortunae telis confixus inquis 15
 pectore concipio nil nisi triste meo.
 iam mihi fata liquet coepitos servantia cursus
 per sibi consuetas semper itura vias:
 observare deos, ne quid mihi cedat amice,
 verbaque Fortunae vix puto posse dari. 20
 est illi curae me perdere, quaeque solebat
 esse levis, constans et bene certa nocet.
 crede mihi, si sum veri tibi cognitus oris
 (nec planis nostris casibus esse puter),
 Cinyphiae segetis citius numerabis aristas, 25
 altaque quam multis floreat Hybla thymis,
 et quot aves motis nitantur in aere pinnis,
 quotque natent pisces aequore, certus eris,
 quam tibi nostrorum statuatur summa laborum,
 quos ego sum terra, quos ego passus aqua. 30
 nulla Getis toto gens est truculentior orbe:
 sed tamen hi nostris ingemuere malis.
 quae tibi si memori coner perscribere versu,
 Ilias est fati longa futura mei.
 non igitur verear quo te rear esse verendum, 35
 cuius amor nobis pignora mille dedit,
 sed quia res timida est omnis miser, et quia longo est
 tempore laetitiae ianua clausa meae.

¹⁴ incutit var. lect. codicis Barberini, Schreuders, p. 52: immutat A: incutit BCōō: concitat E ²⁴ planis A, i. e. etsi manifesti sint casus mei, esse ueri oris non puter: cf. Ehwald, Kr. B. p. 30: planus BC: numerus H̄: fraus in EŌ: puter Ehwald: potes a: potest Ō: solet E planus e n. c. esse puter Ellis, Journ. Phil. xv. 9: planus in . . . potest Rothmaler ²⁷ pennis BCōō ³⁵ uereor CEŌ: quo BC: qua Ā: quia Ō: quod E

OVIDI NASONIS

iam dolor in morem venit meus, utque caducis
percussu crebro saxa cavantur aquis, 40
sic ego continuo Fortunae vulneror ictu,
vixque habet in nobis iam nova plaga locum.
nec magis assiduo vomer tenuatur ab usu,
nec magis est curvis Appia trita rotis,
pectora quam mea sunt serie calcata malorum, 45
et nihil inveni, quod mihi ferret opem.
artibus ingenuis quae sita est gloria multis:
infelix perii dotibus ipse meis.
vita prior vitio caret et sine labe peracta est:
auxilii misero nil tulit illa mihi. 50
culpa gravis precibus donatur saepe suorum:
omnis pro nobis gratia muta fuit.
adiuvat in duris aliquos praesentia rebus:
obruit hoc absens vasta procella caput.
quis non horruerit tacitam quoque Caesaris iram? 55
addita sunt poenis aspera verba meis.
fit fuga temporibus levior: projectus in aequor
Arcturum subii Pleiadumque minas.
saepe solent hiemem placidam sentire carinae:
non Ithacae puppi saevior unda fuit. 60
recta fides comitum poterat mala nostra levare:
ditata est spoliis perfida turba meis.
mitius exilium faciunt loca: tristior ista
terra sub ambobus non iacet ulla polis.
est aliquid patriis vicinum finibus esse: 65
ultima me tellus, ultimus orbis habet.
praestat et exilibus pacem tua laurea, Caesar:
Pontica finitimo terra sub hoste iacet.

45 calcata O Argenorat.; cf. Ib. 29: caecata AC^ω: uexata B
49 est om. A 53 aliquo A: aliqua Heinsius 55 quis Heinsius:
quae A: que C: quem BEO^ω horruerit A: obruerit BCOS: 5
obrueret EH^ω taciti B²CE^ω: tacita B ira 5

EX PONTO II

tempus in agrorum cultu consumere dulce est :
non patitur verti barbarus hostis humum. 70
temperie caeli corpusque animusque iuvatur :
frigore perpetuo Sarmatis ora riget.
est in aqua dulci non invidiosa voluptas :
aequoreo bibitur cum sale mixta palus.
omnia deficiunt. animus tamen omnia vincit : 75
ille etiam vires corpus habere facit.
sustineas ut onus, nitendum vertice pleno est,
aut, flecti nervos si patiere, cades.
spes quoque posse mora mitescere principis iram,
vivere ne nolim deficiamque, cavet. 80
nec vos parva datis pauci solacia nobis,
quorum spectata est per mala nostra fides.
coepita tene, quaeso, neque in aequore desere navem,
meque simul serva iudiciumque tuum.

VIII

REDDITVS est nobis Caesar cum Caesare nuper,
quos mihi misisti, Maxime Cotta, deos ;
utque tuum munus numerum, quem debet, haberet,
est ibi Caesaribus Livia iuncta suis.
argentum felix omnique beatius auro, 5
quod, fuerit pretium cum rude, numen habet.
non mihi divitias dando maiora dedisses,
caelitibus missis nostra sub ora tribus.
est aliquid spectare deos et adesse putare,
et quasi cum vero numine posse loqui. 10
quantum ad te, redii, nec me tenet ultima tellus,
utque prius, media sospes in urbe moror.

71 iuuantur 5 77 pleno $\alpha\omega$; cf. Stat. Theb. ii. 559: recto
Argentorat. exc. Pol. 5 78 cadet EO⁵
VIII II quantum ad te redii *Ehwald, Kr. B. p. 77* quanta
meridi A: quanta a te merui BC: quantum (quando O) ad me redii
EH ω : quantum animo redii *Postgate: praemia* quanta dei B² exc. Pol.
16*

OVIDI NASONIS

Caesareos video vultus, velut ante videbam :
vix huius voti spes fuit ulla mihi ;
utque salutabam numen caeleste, saluto. 15
quod reduci tribuas, nil, puto, maius habes.
quid nostris oculis nisi sola Palatia desunt ?
qui locus ablato Caesare vilis erit.
hunc ego cum spectem, videor mihi cernere Romam ;
nam patriae faciem sustinet ille sua. 20
fallor an irati mihi sunt in imagine vultus,
torvaque nescioquid forma minantis habet ?
parce, vir inmenso maior virtutibus orbe,
iusta que vindictae supprime lora tuae.
parce, precor, saecli decus indelebile nostri, 25
terrarum dominum quem sua cura facit.
per patriae nomen, quae te tibi carior ipso est,
per numquam surdos in tua vota deos,
perque tori sociam, quae par tibi sola reperta est,
et cui maiestas non onerosa tua est, 30
perque tibi similem virtutis imagine natum,
moribus adgnosci qui tuus esse potest,
perque tuos, vel avo dignos, vel patre nepotes,
qui veniunt magno per tua iussa gradu,
parte leva minima nostras et contrahe poenas, 35
daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum.
et tua, si fas est, a Caesare proxime Caesar,
numina sint precibus non inimica meis.
sic fera quam primum pavido Germania vultu
ante triumphantis serva feratur equos : 40
sic pater in Pylios, Cumaeos mater in annos
vivant, et possis filius esse diu.
tu quoque, conveniens ingenti nupta marito,
accipe non dura supplicis aure preces.

25 precor *O Vossianus* : puer *αω* : pater *Scaliger* indelebile *B²⁵* :
indeflebile *ας* : admirabile *B(mg.)EH⁵* : o uenerabile *O* 26 sua
edd. uett. : tua *codd.* 40 triumphantes *B⁵* : triumphatos *E*

EX PONTO II

sic tibi vir sospes, sic sint cum prole nepotes, 45
 cumque bonis nuribus quod peperere nurus.
 sic, quem dira tibi rapuit Germania Drusum,
 pars fuerit partus sola caduca tui.
 sic tibi mature fraterni funeris ulti
 purpureus niveis filius instet equis. 50
 adnuite o! timidis, mitissima numina, votis.
 praesentis aliquid prosit habere deos.
 Caesaris adventu tuto gladiator harena
 exit, et auxilium non leve vultus habet.
 nos quoque vestra iuvat quod, qua licet, ora videmus: 55
 intrata est superis quod domus una tribus.
 felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
 quique deum coram corpora vera vident.
 quod quoniam nobis invidit inutile fatum,
 quos dedit ars, vultus effigiemque colo. 60
 sic homines novere deos, quos arduus aether
 occulit, et colitur pro Iove forma Iovis.
 denique, quae mecum est et erit sine fine, cavete,
 ne sit in inviso vestra figura loco.
 nam caput e nostra citius cervice recedet, 65
 et patiar fossis lumen abire genis,
 quam caream raptis, o publica numina, vobis:
 vos eritis nostrae portus et ara fugae.
 vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis,
 utque meas aquilas, ut mea signa sequar. . . . 70
 aut ego me fallo nimiaque cupidine ludor,
 aut spes exilii commodioris adest.
 nam minus et minus est facies in imagine tristis,
 visaque sunt dictis adnuere ora meis.

46 quot *S* 53 aduentu *BCō*: aduentum *A*: ad nutum *Riese*
 tuto *conieci*; cf. *Trist.* v. 10. 39. *Am.* ii. 14. 43: tota *AS*: tuta
BCEO: tintcta *Rappold*: tacta *Merkel* 54 vultus *AB²C²*: vulnus
BEO: 55 iuuet *E²* 70 ut mea *Korn*, om. *A* tutaque *BC*:
 uestraque *B²*: uos mea *Argentorat*. *S* u. m. s.] signa ego uestra
HO: nostra ego signa *E*: signaque dextra *Postgate* sequor *C*
 71 nimioque *AB* letor *E*

OVIDI NASONIS

vera precor fiant timidae praesagia mentis,
iusta que, quam visa est, sit minor ira dei.

75

IX

REGIA progenies, cui nobilitatis origo
nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty,
fama loquax vestras si iam pervenit ad auris,
me tibi finitimi parte iacere soli,
supplicis exaudi, iuvenum mitissime, vocem, 5
quamque potes, profugo (nam potes) adfer opem.
me fortuna tibi (de qua quod non queror, hoc est)
tradidit, hoc uno non inimica mihi.
excipe naufragium non duro litore nostrum,
ne fuerit terra tutior unda tua. 10
regia, crede mihi, res est succurrere lapsis,
convenit et tanto, quantus es ipse, viro.
fortunam decet hoc istam: quae maxima cum sit,
esse potest animo vix tamen aequa tuo.
conspicitur numquam meliore potentia causa, 15
quam quotiens vanas non sinit esse preces.
hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est
a superis ortae nobilitatis opus.
hoc tibi et Eumolpus, generis clarissimus auctor,
et prior Eumolpo suadet Erichthonius. 20
hoc tecum commune deost, quod uterque rogati
supplicibus vestris ferre soletis opem.
numquid erit, quare solito dignemur honore
numina, si demas velle iuvare deos?

5

10

15

20

76 quam uisa est *Hilberg*: quamuis est *codd.*
IX 7 querar *A* q. n. q.] non conqueror *E* 19 generis cl. a.]
suadet erectonius *A* opus hoc tibi suadet erato *BC*; cf. *Ehwald, Kr.*
B. p. 19 21 deost *scripti*: deo est *Riese*: deos *A*: deis *BC* to:
dei *C*: deo *Puteaneus* hoc tibi commune est cum diis *O* 23 num-
quid *A*: namquid *BC* to

EX PONTO II

Iuppiter oranti surdas si praebeat auris, 25
 victimam pro templo cur cadat icta Iovis?
 si pacem nullam pontus mihi praestet eunti,
 irrita Neptuno cur ego tura feram?
 vana laborantis si fallat vota coloni,
 accipiat gravidae cur suis exta Ceres? 30
 nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho,
 musta sub adducto si pede nulla fluent.
 Caesar ut imperii moderetur frena precamur,
 tam bene quod patriae consulit ille suae.
 utilitas igitur magnos hominesque deosque 35
 efficit, auxiliis quoque favente suis.
 tu quoque fac pro sis intra tua castra iacenti,
 o Coty, progenies digna parente tuo.
 conveniens homini est hominem servare voluptas,
 et melius nulla quaeritur arte favor. 40
 quis non Antiphaten Laestrygona devovet? aut quis
 munifici mores improbat Alcinoi?
 non tibi Cassandreas pater est gentisve Pheraeae,
 quive repertorem torruit arte sua:
 sed quam Marte ferox et vinci nescius armis, 45
 tam numquam, facta pace, cruoris amans.
 adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
 emollit mores nec sinit esse feros.
 nec regum quisquam magis est instructus ab illis,
 mitibus aut studiis tempora plura dedit. 50
 carmina testantur, quae, si tua nomina demas,
 Threicium iuvenem composuisse negem.
 neve sub hoc tractu yates foret unicus Orpheus,
 Bistonis ingenio terra superba tuo est.
 utque tibi est animus, cum res ita postulat, arma 55
 sumere et hostili tingere caede manum,

37 pro sis intra (inter E) BCω : profugus intra A : profugo pro sint
 Merkel 39 uoluntas 5 43 gentisue pheraeae AB : genitorue
 caphereus B²ω : gentisque caphareus C

OVIDI NASONIS

atque ut es excusso iaculum torquere lacerto
collaque velocis flectere doctus equi,
tempora sic data sunt studiis ubi iusta paternis,
atque suis numeris forte quievit opus, 60
ne tua marcescant per inertis otia somnos,
lucida Pieria tendis in astra via.
haec quoque res aliquid tecum mihi foederis affert.
eiusdem sacri cultor uterque sumus.
ad vatem vates orantia brachia tendo, 65
terra sit exiliis ut tua fida meis.
non ego caede nocens in Ponti litora veni,
mixtave sunt nostra dira venena manu:
nec mea subiecta convicta est gemma tabella
mendacem linis inposuisse notam. 70
nec quicquam, quod lege vетор committere, feci:
est tamen his gravior noxa fatenda mihi.
neve roges, quae sit, stultam conscripsimus Artem:
innocuas nobis haec vetat esse manus.
ecquid praeterea peccarim, quaerere noli, 75
ut lateat sola culpa sub Arte mea.
quicquid id est, habuit moderatam vindicis iram,
qui nisi natalem nil mihi dempsit humum.
hac quoniam careo, tua nunc vicinia praestet,
inviso possim tutus ut esse loco. 80

X

EcqVID ab impressae cognoscis imagine cerea
haec tibi Nasonem scribere verba, Macer?
auctorisque sui si non est anulus index,
cognitane est nostra littera facta manu?

60 utque ζ tuis $E\zeta$ numeris *Heinsius*: humeris $\alpha\omega$ 73
conscriptimus *BCOS*: quae scripsimus *A*: quam scripsimus *E\zeta*
76 lateat O^2 *Parisinus* 7993 *m. mg.* ζ : pateat $\alpha\omega O$ 80 in iusso
Riese

X i impressa *Burmann*

EX PONTO II

an tibi notitiam mora temporis eripit horum, 5
 nec repetunt oculi signa vetusta tui?
 sis licet oblitus pariter gemmaeque manusque,
 excederit tantum ne tibi cura mei.
 quam tu vel longi debes convictibus aevi,
 vel mea quod coniunx non aliena tibi est, 10
 vel studiis, quibus es, quam nos, sapientius usus,
 utque decet, nulla factus es Arte nocens.
 tu canis aeterno quicquid restabat Homero,
 ne careant summa Troica bella manu.
 Naso parum prudens, artem dum tradit amandi, 15
 doctrinae pretium triste magister habet.
 sunt tamen inter se communia sacra poetis,
 diversum quamvis quisque sequamur iter :
 quorum te memorem, quamquam procul absumus, esse
 suspicio, et casus velle levare meos. 20
 te duce magnificas Asiae perspeximus urbes :
 Trinacris est oculis te duce visa meis.
 vidimus Aetnaea caelum splendescere flamma,
 subpositus monti quam vomit ore Gigans,
 Hennaeosque lacus et orentis stagna Palici, 25
 quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.
 nec procul hinc nymphæ, quae, dum fugit Elidis amnem,
 tecta sub aequorea nunc quoque currit aqua.
 hic mihi labentis pars anni magna peracta est.
 eheu, quam dispar est locus ille Getis ! 30
 et quota pars haec sunt rerum, quas vidimus ambo,
 te mihi iucundas efficiente vias,
 seu rate caeruleas picta sulcavimus undas,
 esseda nos agili sive tulere rota !

10 est om. *AES* 18 sequamur *E* : queramur *A* : sequatur
BCō 22 uisa *BEOΣ* ; cf. *Trist.* i. 2. 78 : nota *ACΣ* 25 orentis
Zinzerling : orentia *codd.* 26 quiique *O* : quamque *S* 27 nymphæ
AB : nympha est quae *S* ; sed cf. *Am.* ii. 17. 15

OVIDI NASONIS

saepe brevis nobis vicibus via visa loquendi, 35
 pluraque, si numeres, verba fuere gradu,
 saepe dies sermone minor fuit, inque loquendum
 tarda per aestivos defuit hora dies.
 est aliquid casus pariter timuisse marinos,
 iunctaque ad aequoreos vota tulisse deos, 40
 et modo res egisse simul, modo rursus ab illis,
 quorum non pudeat, posse referre iocos.
 haec tibi cum subeant, absim licet, omnibus annis
 ante tuos oculos, ut modo visus, ero.
 ipse quidem certe cum sim sub cardine mundi, 45
 qui semper liquidis altior extat aquis,
 te tamen intueor quo solo pectore possum,
 et tecum gelido saepe sub axe loquor.
 hic es, et ignoras, et ades celeberrimus absens,
 inque Getas media iussus ab urbe venis. 50
 redde vicem, et, quoniam regio felicior ista est,
 istic me memori pectore semper habe.

XI

Hoc tibi, Rufe, brevi properatum tempore mittit
 Naso, parum faustae conditor Artis, opus,
 ut, quamquam longe toto sumus orbe remoti,
 scire tamen possis nos meminisse tui.
 nominis ante mei venient oblia nobis, 5
 pectore quam pietas sit tua pulsa meo :
 et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
 quam fiat meriti gratia vana tui.
 grande voco lacrimas meritum, quibus ora rigabas
 cum mea concreto sicca dolore forent : 10

43 absim licet *BCE* : ipsum licet *A* : hic sim licet *OS* 45 certe]
 extremi exc. *Scal.* 5
 XI 9 meritum lacrimas *EO*

EX PONTO II

grande voco meritum maestae solacia mentis,
cum pariter nobis illa tibique dares.
sponte quidem per seque mea est laudabilis uxor,
admonitu melior fit tamen illa tuo.
namque quod Hermionae Castor fuit, Hector Iuli, 15
 hoc ego te laetor coniugis esse meae.
quae ne dissimilis tibi sit probitate laborat,
 seque tui vita sanguinis esse probat.
ergo quod fuerat stimulis factura sine ullis,
 pleniū auctorem te quoque nancta facit. 20
acer et ad palmae per se cursurus honores,
 si tamen horteris, fortius ibit equus.
adde quod absentis cura mandata fideli
 perficis, et nullum ferre gravaris onus.
o, referant grates, quoniam non possumus ipsi,
 di tibi ! qui referent, si pia facta vident ;
sufficiatque diu corpus quoque moribus istis,
 maxima Fundani gloria, Rufe, soli. 25

15 hermoone *A*, corr. hermione : hermione *BCO* : hermiones *ES*

LIBER TERTIVS

I

AEQVOR Iasonio pulsatum remige primum,
quaeque nec hoste fero nec nive, terra, cares,
ecquod erit tempus quo vos ego Naso relinquam
in minus hostili iussus abesse loco?
an mihi barbaria vivendum semper in ista,
inque Tomitana condar oportet humo?
pace tua, si pax ulla est tua, Pontica tellus,
finitimus rapido quam terit hostis equo,
pace tua dixisse velim, tu pessima duro
pars es in exilio, tu mala nostra gravas.
tu neque ver sentis cinctum florente corona,
tu neque messorum corpora nuda vides.
nec tibi pampineas autumnus porrigit uvas:
cuncta sed inmodicum tempora frigus habet.
tu glacie freta vincta vides, et in aequore piscis
inclusus tecta saepe natavit aqua.
nec tibi sunt fontes, laticis nisi paene marini,
qui potus dubium sistat alatne sitim.
rara, neque haec felix, in apertis eminet arvis
arbor, et in terra est altera forma maris.
non avis obloquitur, silvis nisi siqua remota
aequoreas rauco gutture potat aquas.

I 4 abire ζ 5 anni A : an mi C uiuendum est CH 7 est tua]
est tibi O ζ 14 habet ζ : habent AB ω : habes C 15 uides B ζ :
tenes AC ω 18 dubium est BCEHO ζ 21 siluis nisi siqua
remota Ehwald, Kr. B. p. 78 : nisi siluis siqua remotis codd. : nisi si
qua remotis siluis O

OVIDI NASONIS

tristia per vacuos horrent absinthia campos,
 conveniensque suo messis amara loco.
 adde metus, et quod murus pulsatur ab hoste, 25
 tinctaque mortifera tabe sagitta madet,
 quod procul haec regio est et ab omni devia cursu,
 nec pede quo quisquam nec rate tutus eat.
 non igitur mirum, finem quaerentibus horum
 altera si nobis usque rogatur humus. 30
 te magis est mirum non hoc evincere, coniunx,
 inque meis lacrimas posse tenere malis.
 quid facias, quaeris? quaeras hoc scilicet ipsum,
 invenies, vere si reperire voles.
 velle parum est: cupias, ut re potiaris, oportet, 35
 et faciat somnos haec tibi cura breves.
 velle reor multos: quis enim mihi tam sit iniquus,
 optet ut exilium pace carere meum?
 pectore te toto cunctisque incumbere nervis
 et niti pro me nocte dieque decet. 40
 utque iuvent alii, tu debes vincere amicos,
 uxor, et ad partis prima venire tuas.
 magna tibi imposita est nostris persona libellis:
 coniugis exemplum diceris esse bonae.
 hanc cave degeneres. ut sint paeonia nostra 45
 vera, vide famae quod tuearis opus.
 ut nihil ipse querar, tacito me fama queretur,
 quae debet, fuerit ni tibi cura mei.
 exposuit memet populo Fortuna videndum,
 et plus notitiae, quam fuit ante, dedit. 50
 notior est factus Capaneus a fulminis ictu:
 notus humo mersis Amphiaraus equis.
 si minus errasset, notus minus esset Vlices:
 magna Philoctetae vulnere fama suo est.

24 loco est 5 33 ipsa Riese 45 caue om. A
 5 49 memet BCω : meme A : mea me Gudianus
 5, om. aω

46 quo
 51 a

EX PONTO III

si locus est aliquis tanta inter nomina parvis, 55
 nos quoque conspicuos nostra ruina facit.
 nec te nesciri patitur mea pagina, qua non
 inferius Coa Bittide nomen habes.
 quicquid ages igitur, scaena spectabere magna,
 et pia non paucis testibus uxor eris. 60
 crede mihi, quotiens laudaris carmine nostro,
 qui legit has laudes, an mereare rogat.
 utque favere reor plures virtutibus istis,
 sic tua non paucae carpere facta volent.
 quarum tu praesta ne livor dicere possit 65
 ‘haec est pro miseri lenta salute viri.’
 cumque ego deficiam, nec possim ducere currum,
 fac tu sustineas debile sola iugum.
 ad medicum specto venis fugientibus aeger :
 ultima pars animae dum mihi restat, ades ; 70
 quodque ego praestarem, si te magis ipse valerem,
 id mihi, cum valeas fortius ipsa, refer.
 exigit hoc socialis amor foedusque maritum :
 moribus hoc, coniunx, exigis ipsa tuis.
 hoc domui debes, de qua censeris, ut illam 75
 non magis officiis quam probitate colas.
 cuncta licet facias, nisi eris laudabilis uxor,
 non poterit credi Marcia culta tibi.
 nec sumus indigni : nec, si vis vera fateri,
 debetur meritis gratia nulla meis. 80
 redditur illa quidem grandi cum faenore nobis,
 nec te, si cupiat, laedere rumor habet.
 sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum,
 pro nostris ut sis ambitiosa malis.
 ut minus infesta iaceam regione labora, 85
 clauda nec officii pars erit ulla tui.

58 Bittide *Merkel*; cf. *Trist.* i. 6. 2 : bit tibi de *A* : bit tibide *B* :
 pithyde *C* : bachide *E* : battide *ω* 60 paruis *AE* 65 quare
Vossianus 69 frigentibus *conieci*

OVIDI NASONIS

magna peto, sed non tamen invidiosa roganti :
utque ea non teneas, tuta repulsa tua est.
nec mihi suscense, totiens si carmine nostro,
quod facis, ut facias, teque imitere, rogo.
fortibus adsuevit tubicen prodesse, suoque
dux bene pugnantis incitat ore viros.

nota tua est probitas testataque tempus in omne ;
sit virtus etiam non probitate minor.
non tibi Amazonia est pro me sumenda securis,

aut excisa levi pelta gerenda manu.

numen adorandum est, non ut mihi fiat amicum,
sed sit ut iratum, quam fuit ante, minus.
gratia si nulla est, lacrimae tibi gratia fient.

hac potes aut nulla parte movere deos.

quae tibi ne desint, bene per mala nostra cavetur :
meque viro flendi copia dives adest ;
utque meae res sunt, omni, puto, tempore flebis.
has fortuna tibi nostra ministrat opes.

si mea mors redimenda tua, quod abominor, esset,

Admeti coniunx, quam sequereris, erat.
aemula Penelopes fieres, si fraude pudica
instantis velles fallere nupta procos.

si comes extincti Manes sequerere mariti,
esset dux facti Laudamia tui.

Iphias ante oculos tibi erat ponenda volenti
corpus in accensos mittere forte rogos.
morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

Caesaris est coniunx ore precanda tuo,
quae praestat virtute sua, ne prisca vetustas
laude pudicitiae saecula nostra premat :

89 suscense *A Basileensis* : succense *BCω* 94 sitque tua uirtus
exc. Pol. : sic tua sit uirtus *coniuci* 101 cauetu *EH²OΣ* : cauebis
H 104 ministret *A* 109-112, 115-118 *del. Roeper, Korn,*
Merkel 110 laodamia *codd.* 113 morte nihil tibi opus *Bentley* ;
sed cf. Trist. v. 14. 41, Müller, De re metr. ed. 2, p. 400 : nihil ē cariotide
tela *A* : nichili carlotide tela *B* : nulla instrumenta parare *B²C*

EX PONTO III

quae Veneris formam, mores Iunonis habendo
 sola est caelesti digna reperta toro
 quid trepidas et adire times? non inopia Procne
 filiave Aeetae voce movenda tua est, 120
 nec nurus Aegypti, nec saeva Agamemnonis uxor,
 Scyllaque, quae Siculas inguine terret aquas,
 Telegonive parens vertendis nata figuris,
 nexaque nodosas angue Medusa comas,
 femina sed princeps, in qua Fortuna videre 125
 se probat et caecae crimina falsa tulit:
 qua nihil in terris ad finem solis ab ortu
 clarius excepto Caesare mundus habet.
 eligito tempus captatum saepe rogandi,
 exeat adversa ne tua navis aqua. 130
 non semper sacras reddunt oracula sortis,
 ipsaque non omni tempore fana patent.
 cum status urbis erit, qualem nunc auguror esse,
 et nullus populi contrahet ora dolor,
 cum domus Augusti, Capitoli more colenda, 135
 laeta, quod est et sit, plenaque pacis erit,
 tum tibi di faciant adeundi copia fiat,
 profectura aliquid tum tua verba puties.
 siquid aget maius, differ tua coepita caveque
 spem festinando praecipitare meam. 140
 nec rursus iubeo dum sit vacuissima quaeras:
 corporis ad curam vix vacat illa sui.
 omnia
 per rerum turbam tu quoque oportet eas.

121 Aegypti a: egisti *B²ω* 130 ereat *Vaticanus*: haereat *Heinsius*
 137 cum a: tunc *E* 143-144 sic *A* qui hexametri nihil praeter omnia
 seruauit: exemplar multilium libri scriba nactus est, cf. *Ehwald*, *Kv. B.*
p. 13 omnia per rerum turbam fastidia perfer: | quolibet illa meat, tu
 quoque oportet eas *BC*: curia cum patribus fuerit (f. p. *EO*) stipata
 uerendis, | per rerum (patrum *EHO exc. Pol. 5*) turbam (turbas
EO) tu (tunc *EHO*) quoque oportet eas *ω* totum distichon
 secluserunt *Korn*, *Merkel*

OVIDI NASONIS

cum tibi contigerit vultum Iunonis adire, 145
 fac sis personae, quam tueare, memor.
 nec factum defende meum: mala causa silenda est.
 nil nisi sollicitae sint tua verba preces.
 tum lacrimis demenda mora est, summissaque terra
 ad non mortalis brachia tende pedes. 150
 tum pete nil aliud, saevo nisi ab hoste recedam:
 hostem Fortunam sit satis esse mihi.
 plura quidem subeunt, sed sunt turbata timore;
 haec quoque vix poteris voce tremente loqui.
 suspicor hoc damno fore non tibi. sentiet illa
 te maiestatem pertimuisse suam. 155
 nec, tua si fletu scindentur verba, nocebit:
 interdum lacrimae pondera vocis habent.
 lux etiam coepitis facito bona talibus adsit
 horaque conveniens auspiciumque favens. 160
 sed prius inposito sanctis altaribus igni
 tura fer ad magnos vinaque pura deos.
 e quibus ante omnis Augustum numen adora
 progeniemque piam participemque tori.
 sint utinam mites solito tibi more tuasque
 non duris lacrimas vultibus aspiciant. 165

II

QVAM legis a nobis missam tibi, Cotta, salutem,
 missa sit ut vere perveniatque, precor.
 namque meis sospes multum cruciatibus aufers,
 atque sit in nobis pars bona salva facis.
 cumque labent aliqui iactataque vela relinquant, 5
 tu lacerae remanes ancora sola rati.

149 terrae EOꝝ; sed cf. Am. iii. 2. 25 153 s. t.] conturbata
 5: si turbata Madvig 154 premente a
 II 4 atque AEHO exc. Pol. 5: utque BCꝝ in om. A s. i.]
 ut sit EH exc. Pol. 5: sit ut Oꝝ

EX PONTO III

grata tua est igitur pietas. ignoscimus illis, .
qui cum Fortuna terga dedere fugae.
cum feriant unum, non unum fulmina terrent,
iunctaque percuسو turba pavere solet : 10
cumque dedit paries venturae signa ruinae,
sollicito vacuuus fit locus ille metu.
quis non e timidis aegri contagia vitat,
vicinum metuens ne trahat inde malum?
me quoque amicorum nimio terrore metuque, 15
non odio, quidam destituere mei.
non illis pietas, non officiosa voluntas
defuit: adversos extimuere deos.
utque magis cauti possunt timidique videri,
sic appellari non meruere mali. 20
aut meus excusat caros ita candor amicos,
utque habeant de me crimina nulla, favet.
sint hi contenti venia, iactentque licebit
purgari factum me quoque teste suum.
pars estis pauci melior, qui rebus in artis 25
ferre mihi nullam turpe putastis opem.
tunc igitur meriti morietur gratia vestri,
cum cinis absumpto corpore factus ero.
fallor, et illa meae superabit tempora vitae,
si tamen a memori posteritate legar. 30
corpora debentur maestis exsanguia bustis :
effugient structos nomen honorque rogos.
occidit et Theseus et qui comitavit Oresten :
sed tamen in laudes vivit uterque suas.
vos etiam seri laudabunt saepe nepotes, 35
claraque erit scriptis gloria vestra meis.

19 possit A: possint CEOΣ 21 aut (i.e. aut potius,
Hand. Turs. i. 539) a: at ω: ut Ο: et Ε, quod coniecit Peters
22 facit EOΣ 23 iactentque Korn; cf. Met. ix. 23: sicutque A:
signentque B (ut uideatur) C: fugiantque B'ΕΗΟω: sperentue
Merkel: iurentque Bentley 29 et] an Bentley; sed cf. Her. vii. 83

ÓVIDI NASONIS

hic quoque Sauromatae iam vos novere Getaeque,
et tales animos barbara turba probat.
cumque ego de vestra nuper probitate referrem
(nam didici Getice Sarmaticeque loqui), 40
forte senex quidam, coetu cum staret in illo,
reddidit ad nostros talia verba sonos :
' nos quoque amicitiae nomen, bone, novimus, hospes,
quos procul a vobis Pontus et Hister habet.
est locus in Scythia, Tauros dixere priores
qui Getica longe non ita distat humo. 45
hac ego sum terra (patriae nec paenitet) ortus :
consortem Phoebi gens colit illa deam.
templi manent hodie vastis innixa columnis,
perque quater denos itur in illa gradus. 50
fama refert illic signum caeleste fuisse :
quoque minus dubites, stat basis orba dea :
araque, quae fuerat natura candida saxi,
decolor adfuso tincta cruore rubet.
femina sacra facit taedae non nota iugali, 55
quae superat Scythicas nobilitate nurus.
sacrifici genus est, sic instituere parentes,
advena virgineo caesus ut ense cadat.
regna Thoans habuit Maeotide clarus in ora,
nec fuit Euxinis notior alter aquis. 60
sceptra tenente illo liquidas fecisse per auras
nescioquam dicunt Iphigenian iter.
quam levibus ventis sub nube per aethera vectam
creditur his Phoebe deposuisse locis.
praefuerat templo multos ea rite per annos, 65
invita peragens tristia sacra manu :

44 Pontus et Hister *BC*, *om. A* : barbarus ister *O* : frigidus ister
exc. Pol. *5* : ultimus orbis *H Argentorat.* : frigidus axis *5* : alter et
orbis *E* *57* priores *5* ; sed cf. *Met.* vii. 503 *59* thanas *A* :
thoas *B* : thais *C* *63* aethera *5* ; cf. *Eur. Iph.* T. 29 : aequora
A : aera *HOS*

EX PONTO III

cum duo velifera iuvenes venere carina
 presseruntque suo litora nostra pede.
 par fuit his aetas et amor, quorum alter Orestes,
 alter erat Pylades : nomina fama tenet. 70
 protinus immitem Triviae ducuntur ad aram.
 evincti geminas ad sua terga manus.
 sparget aqua captos lustrali Graia sacerdos,
 ambiat ut fulvas infula longa comas.
 dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis, 75
 dum tardae causas invenit ipsa morae,
 “non ego crudelis, iuvenes, (ignoscite)” dixit
 “sacra suo facio barbariora loco.
 ritus is est gentis. qua vos tamen urbe venitis?
 quodve parum fausta puppe petistis iter?” 80
 dixit, et auditio patriae pia nomine virgo
 consortes urbis comperit esse suae.
 “alter ut e vobis” inquit “cadat hostia sacris,
 ad patrias sedes nuntius alter eat.”
 ire iubet Pylades carum periturus Oresten ; 85
 hic negat, inque vices pugnat uterque mori.
 extitit hoc unum, quo non convenerit illis :
 cetera par concors et sine lite fuit.
 dum peragunt pulchri iuvenes certamen amoris,
 ad fratrem scriptas exarat illa notas. 90
 ad fratrem mandata dabat. cuique illa dabantur
 (humanos casus aspice) frater erat.
 nec mora, de templo rapiunt simulacula Dianaee,
 clamque per inmensas puppe feruntur aquas.
 mirus amor iuvenum : quamvis abiere tot anni,
 in Scythia magnum nunc quoque nomen habent. 95

67 post hunc uersum desinit A 70 alter et est pilades EHΣ :
 et pylades alter O 80 quoque Σ 81 patriae cognomine BC
 83 alteruter uotis (nostris *Merkel*) Heinsius; sed cf. Ehwald, Kr. B.
 p. 51 86 uicem Σ 87 quo BC, i. e. propter quod : quod ω
 88 par Naugierius : pars codd. 96 habet Σ

OVIDI NASONIS

fabula narrata est postquam vulgaris ab illo,
laudarunt omnes facta piisque fidem.
scilicet hac etiam, qua nulla ferocior ora est,
nomen amicitiae barbara corda movet. 100
quid facere Ausonia geniti debetis in urbe,
cum tangant duros talia facta Getas?
adde quod est animus semper tibi mitis, et altae
indictum mores nobilitatis habent,
quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor, 105
quos Numa materni non neget esse suos,
adiectique probent genetiva ad nomina Cottae,
si tu non esses, interitura domus.
digne vir hac serie, lasso succurrere amico
conveniens istis moribus esse puta. 110

III

Si vacat exiguum profugo dare tempus amico,
o sidus Fabiae, Maxime, gentis, ades,
dum tibi quae vidi referto, seu corporis umbra
seu veri species seu fuit ille sopor.
nox erat et bifores intrabat luna fenestras, 5
mense fere medio quanta nitere solet.
publica me requies curarum somnus habebat,
fusaque erant toto languida membra toro,
cum subito pinnis agitatus inhorruit aer,
et gemuit parvo mota fenestra sono. 10
territus in cubitum relevo mea membra sinistrum,
pulsus et e trepido pectore somnus abit.
stabat Amor, vultu non quo prius esse solebat,
fulcra tenens laeva tristis acerna manu,

99 etiam] ipsa C terra H o. e.] extat H 102 diros EHO
exc. Pol. 5 106 materni Naugerius: maternus Bœ : maternos
C 107 agnomina Bœ 109 lapsu HO⁵
III 3 referam 5

EX PONTO III

nec torquem collo, nec habens crinale capillo, 15
nec bene dispositas comptus, ut ante, comas.
horrida pendebant molles super ora capilli,
et visa est oculis horrida pinna meis,
qualis in aeriae tergo solet esse columbae,
tractatam multae quam tetricere manus. 20
hunc simul agnovi, neque enim mihi notior alter,
talibus adfata est libera lingua sonis:
‘o puer, exilii decepto causa magistro,
quem fuit utilius non docuisse mihi,
huc quoque venisti, pax est ubi tempore nullo, 25
et coit adstrictis barbarus Hister aquis?
quae tibi causa viae, nisi uti mala nostra videres?
quae sunt, si nescis, invidiosa tibi.
tu mihi dictasti iuvenalia carmina primus:
apposui senis te duce quinque pedes. 30
nec me Maeonio consurgere carmine nec me
dicere magnorum passus & acta ducum.
forsitan exiguae, aliquas tamen, arcus et ignes
ingenii vires comminuere mei.
namque ego dum canto tua regna tuaeque parentis, 35
in nullum mea mens grande vacavit opus.
nec satis hoc fuerat. stulto quoque carmine feci,
Artibus ut posses non rudis esse meis.
pro quibus exilium misero est mihi redditia merces,
id quoque in extremis et sine pace locis. 40
at non Chionides Eumolpus in Orpheus talis,
in Phryga nec Satyrum talis Olympus erat,
praemia nec Chiron ab Achille talia cepit,
Pythagoraeque ferunt non nocuisse Numam.
nomina neu referam longum collecta per aevum,
discipulo perii solus ab ipse meo. 45

20 tractantum 5
O5; sed cf. ii. 9. 73
xiii. 98: achilli O5

33 ignis . ignis et arcus O
39 est om. ω

37 stultus
43 Achille BCω; cf. Iuu.

OVIDI NASONIS

dum damus arma tibi, dum te, lascive, docemus,
haec te discipulo dona magister habet.
scis tamen, et liquido iuratus dicere possis,
non me legitimos sollicitasse toros. 50
scripsimus haec illis, quarum nec vitta pudicos
contingit crines nec stola longa pedes.
dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas,
et facere incertum per mea iussa genus?
an sit ab his omnis rigide summota libellis,
quam lex furtivos arcet habere viros? 55
quid tamen hoc prodest, vetiti si lege severa
credor adulterii conposuisse notas?
at tu, sic habeas ferientes cuncta sagittas,
sic numquam rapido lampades igne vacent,
sic regat imperium terrasque coercat omnis
Caesar, ab Aenea qui tibi fratre tuus,
effice, sit nobis non in placabilis ira,
meque loco plecti commodiore velit.
haec ego visus eram puero dixisse volucri,
hos visus nobis ille dedisse sonos: 65
'per mea tela, faces, et per mea tela, sagittas,
per matrem iuro Caesareumque caput,
nil nisi concessum nos te didicisse magistro,
Artibus et nullum crimen inesse tuis.
utque hoc, sic utinam defendere cetera possem! 70
scis aliud, quod te laeserit, esse, magis.
quicquid id est (neque enim debet dolor ipse referri,
nec potes a culpa dicere abesse tua)
tu licet erroris sub imagine crimen obumbres,
non gravior merito iudicis ira fuit. 75
ut tamen aspicerem consolarerque iacentem,
lapsa per inmensas est mea pinna vias.

49 ut Argentorat. 62 nepos EHO⁵ exc. Pol.; sed cf. Schreuders,
p. 56 71 possem BCH: posses ω 73 ille 5 74 non ω
76 iudicis B⁵: uindicis Cω 78 penna codd.

EX PONTO III

haec loca tum primum vidi, cum matre rogante
 Phasias est telis fixa puella meis. 80
 quae nunc cur iterum post saecula longa revisam,
 tu facis, o castris miles amice meis.
 pone metus igitur: mitescet Caesaris ira,
 et veniet votis mollior hora tuis.
 neve moram timeas, tempus, quod quaerimus, instat, 85
 cunctaque laetitiae plena triumphus habet.
 dum domus et nati, dum mater Livia gaudet,
 dum gaudes, patriae magne ducisque pater,
 dum sibi gratatur populus, totamque per urbem
 omnis odoratis ignibus ara calet, 90
 dum faciles aditus praebet venerabile templum,
 sperandum est nostras posse valere preces.
 dixit, et aut ille est tenues dilapsus in auras,
 cooperunt sensus aut vigilare mei.
 si dubitem, faveas quin his, o Maxime, dictis,
 Memnonio cycnos esse colore putem. 95
 sed neque mutatur nigra pice lacteus humor,
 nec, quod erat candens, fit terebinthus ebur.
 conveniens animo genus est tibi, nobile namque
 pectus et Herculeae simplicitatis habes. 100
 livor, iners vitium, mores non exit in altos,
 utque latens ima vipera serpit humo.
 mens tua sublimis supra genus eminet ipsum,
 grandius ingenio nec tibi nomen inest.
 ergo alii noceant miseris optentque timeri,
 tinctaque mordaci spicula felle gerant: 105
 at tua supplicibus domus est adsueta iuvandis,
 in quorum numero me, precor, esse velis.

89 tibi 5 91 praebet faciles aditus CHO Argent. 5 templum
 O edd. uett., Schreuders, p. 56: tempus Bω: numen C 97 fus-
 catur C

OVIDI NASONIS

IV

Haec tibi non vanam portantia verba salutem
Naso Tomitana mittit ab urbe tuus,
utque suo faveas mandat, Rufine, triumpho,
in vestras venit si tamen ille manus.
est opus exiguum vestrisque paratibus inpar : 5
quale tamen cumque est, ut tueare, rogo.
firma valent per se, nullumque Machaona quaerunt.
ad medicam dubius confugit aeger opem.
non opus est magnis placido lectore poetis : 10
quamlibet invitum difficilemque tenent.
nos, quibus ingenium longi minuere labores,
aut etiam nullum forsitan ante fuit,
viribus infirmi, vestro candore valemus :
quod mihi si demas, omnia rapta putem. 15
cunctaque cum mea sint propenso nixa favore,
praecipuum veniae ius habet ille liber.
spectatum vates alii scripsere triumphum :
est aliquid memori visa notare manu.
nos ea vix avidam vulgo captata per aurem
scripsimus, atque oculi fama fuere mei. 20
scilicet affectus similes, aut inpetus idem
rebus ab auditis conspicisque venit !
nec nitor argenti, quem vos vidistis, et auri
quod mihi defuerit, purpuraque illa, queror :
sed loca, sed gentes formatae mille figuris 25
nutrissent carmen proeliaque ipsa meum,
et regum vultus, certissima pignora mentis,
iuvissent aliqua forsitan illud opus.

IV 10 quamlibet 5 : quemlibet BCω ; cf. *Trist.* iii. 11. 24 14
quem EOΣ 19 uultu C : uulgi H 20 scripsimus B²(in ras.)EOΣ :
uidimus Cω 21 similis BEΣ affectus similis uel scilicet impetus
idem O 27 mentis fragm. Louaniense, codd. Fabricii ; cf. A. A.
ii. 378 : gentis BCω

EX PONTO III

plausibus ex ipsis populi laetoque favore
 ingenium quodvis incaluisse potest : 30
 tamque ego sumpsisse tali clamore vigorem,
 quam ruditis audita miles ad arma tuba.
 pectora sint nobis nivibus glacieque licebit
 atque hoc, quem patior, frigidiora loco,
 illa ducis facies in curru stantis eburno 35
 excuteret frigus sensibus omne meis.
 his ego defectus dubiisque auctoribus usus
 ad vestri venio iure favoris opem.
 nec mihi nota ducum nec sunt mihi nota locorum
 nomina. materiam non habuere manus. 40
 pars quota de tantis rebus, quam fama referre
 aut aliquis nobis scribere posset, erat ?
 quo magis, o lector, debes ignoscere, si quid
 erratum est illic praeteritumve mihi.
 adde quod assidue domini meditata querelas 45
 ad laetum carmen vix mea versa lyra est.
 vix bona post tanto quaerenti verba subibant,
 et gaudere aliquid res mihi visa nova est.
 utque reformidant insuetum lumina solem,
 sic ad laetitiam mens mea segnis erat. 50
 est quoque cunctarum novitas carissima rerum,
 gratiaque officio, quod mora tardat, abest.
 cetera certatim de magno scripta triumpho
 iam pridem populi suspicor ore legi.
 illa bibt sitiens lector, mea pocula plenus : 55
 illa recens pota est, nostra tepebit aqua.
 non ego cessavi, nec fecit inertia serum.
 ultima me vasti sustinet ora freti.
 dum venit huc rumor properataque carmina fiunt
 factaque eunt ad vos, annus abisse potest. 60

45 assiduas *Argentorat.* 5 querelam *EH* 47 tantum *EO*
exc. Pol. 51 calidissima *B*(corr. *B³*)*C* 59 r.] prius *C* posita
CH Gudianus

OVIDI NASONIS

nec minimum refert, intacta rosaria primus,
 an sera carpas paene relicta manu.
 quid mirum, lectis exhausto floribus horto,
 si duce non facta est digna corona tuo?
 deprecor hoc: vatum contra sua carmina ne quis 65
 dicta putet! pro se Musa locuta mea est.
 sunt mihi vobiscum communia sacra, poetae,
 in vestro miseris si licet esse choro.
 magna pars animae mecum vixistis, amici:
 hac ego vos absens nunc quoque parte colo. 70
 sint igitur vestro mea commendata favore
 carmina, non possum pro quibus ipse loqui.
 scripta placent a morte fere, quia laedere vivos
 livor et iniusto carpere dente solet.
 si genus est mortis male vivere, terra moratur,
 et desunt fatis sola sepulchra meis. 75
 denique opus curae culpetur ut undique nostrae,
 officium nemo qui reprehendat erit.
 ut desint vires, tamen est laudanda voluntas:
 hac ego contentos auguror esse deos. 80
 haec facit ut veniat pauper quoque gratus ad aras,
 et placeat caeso non minus agna bove.
 res quoque tanta fuit, quantae subsistere summo
 Aeneadum vati grande fuisset onus.
 ferre etiam molles elegi tam vasta triumphi 85
 pondera disparibus non potuere rotis.
 quo pede nunc utar, dubia est sententia nobis:
 alter enim de te, Rhene, triumphus adest.

64 tuo corrixi: suo codd. 65 haec O7: o H uates
 HO5 exc. Pol., interpunctit Ehwald, Kr. B. p. 44 71 fauori 5
 Quicherat: enidos B: aenidos C: aeneidos ω, correpta syllaba e, quod
 genit erroris apud posteriores usitatum (uelut P. L. M. (Bachrens) iv.
 176. 8 = Anth. Lat. (Riese), i. 1, p. 8 'Aeneidos totum carmen ut esse
 putent'; cf. P. L. M. iv. 185. 9) a consuetudine Ouidii abhorret
 bonus O

EX PONTO III

inrita votorum non sunt praesagia vatum :
 danda Iovi laurus, dum prior illa viret. 90
 nec mea verba legis, qui sum summotus ad Histrum,
 non bene pacatis flumina pota Getis :
 ista dei vox est, deus est in pectore nostro,
 haec duce praedico vaticinorque deo.
 quid cessas currum pompamque parare triumphis, 95
 Livia ? dant nullas iam tibi bella moras.
 perfida damnatas Germania proicit hastas.
 iam pondus dices omen habere meum.
 crede, brevique fides aderit. geminabit honorem
 filius, et iunctis, ut prius, ibit equis. 100
 prome, quod inicias umeris victoribus, ostrum :
 ipsa potest solitum nosse corona caput :
 scuta sed et galeae gemmis radientur et auro,
 stentque super vincitos trunca tropaea viros :
 oppida turritis cingantur eburnea muris, 105
 fictaque res vero more putetur agi.
 squalidus inmissos fracta sub harundine crines
 Rhenus et infectas sanguine portet aquas.
 barbara iam capti poscunt insignia reges
 textaque fortuna divitiora sua, 110
 et quae praeterea virtus invicta tuorum
 saepe parata tibi, saepe paranda facit.
 di, quorum monitu sumus eventura locuti,
 verba, precor, celeri nostra probate fide.

V

QVAM legis, unde tibi mittatur epistula, quaeris ?
 hinc, ubi caeruleis iungitur Hister aquis.

89 uotorum *BCω*; cf *Stat. Theb.* vii. 314: notorum *Σ*: magnorum
Σ: uerorum *Σ*: motorum *Heinsius* 104 uinctos *B*: iunctos *C*:
 uictos *B²ω* 106 uerae *Riese* 108 portet *HΣ exc. Pol.*: potat *B*:
 portat *C*: potet *EOΣ*: monstrat *Ehwald* 109 ponent *EOΣ*

OVIDI NASONIS

ut regio dicta est, succurrere debet et auctor,
laesus ab ingenio Naso poeta suo.
qui tibi, quam mallet praesens adferre salutem,
mittit ab hirsutis, Maxime Cotta, Getis. 5
legimus, o iuvenis patrii non degener oris,
dicta tibi pleno verba diserta foro.
quae quamquam lingua mihi sunt properante per horas
lecta satis multas, pauca fuisse queror. 10
plura sed haec feci relegendo saepe, nec umquam
non mihi, quam primo, grata fuere magis.
cumque nihil totiens lecta e dulcedine perdant,
viribus illa suis, non novitate, placent.
felices quibus haec ipso cognoscere in actu 15
et tam facundo contigit ore frui !
nam, quamquam sapor est allata dulcis in unda,
gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.
et magis adducto pomum decerpere ramo
quam de caelata sumere lance iuvat. 20
at nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset,
quod legi, tua vox exhibuisset opus,
utque fui solitus, sedissem forsitan unus
de centum iudex in tua verba viris,
maior et implesset praecordia nostra voluptas, 25
cum traherer dictis adnueremque tuis.
quem quoniam fatum patria vobisque relictis
inter inhumanos maluit esse Getas,
quod licet, ut videar tecum magis esse loquendo,
saepe, precor, studii pignora mitte tui, 30
exemplaque meo, nisi dignaris id ipsum,
utere, quod nobis rectius ipse dares.

V 13 sic *O* Argent. cumque sua (sscr. nihil) totiens nil (sscr.
lecta) e d. p. B : cumque sua tocens nichil e d. p. CEH⁵ 27
nobis patriaque C: patria nobisque O 29 legendo EO⁵, sed cf.
50 : legenda Burmann

EX PONTO III

namque ego, qui perii iam pridem, Maxime, vobis,
 ingenio nitor non periisse meo.
 redde vicem, nec rara tui monimenta laboris 35
 accipiant nostrae, grata futura, manus.
 dic tamen, o iuvenis studiorum plene meorum,
 ecquid ab his ipsis admoneare mei.
 ecquid, ubi aut recitas factum modo carmen amicis,
 aut, quod saepe soles, exigis ut recitent, 40
 quaeror, ut interdum tua mens, oblita quid absit,
 nescio quid certe sentit abesse sui,
 utque loqui multum de me praesente solebas,
 nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est?
 ipse quidem Getico peream violatus ab arcu 45
 (et sit periuri quam prope poena, vides)
 te nisi momentis video paene omnibus absens.
 gratia quod menti quolibet ire licet.
 hac ubi perveni nulli cernendus in urbem,
 saepe loquor tecum, saepe loquente fruor. 50
 tum mihi difficile est, quam sit bene, dicere, quamque
 candida iudiciis illa sit hora meis.
 tum me, si qua fides, caelesti sede receptum
 cum fortunatis suspicor esse deis.
 rursus ubi huc redii, caelum superosque relinquo, 55
 a Styge nec longe Pontica distat humus.
 unde ego si fato nitor prohibente reverti,
 spem sine profectu, Maxime, tolle mihi.

VI

NASO suo (posuit nomen quam paene !) sodali
 mittit ab Euxinis hoc breve carmen aquis.

41 sic BC ut] et fragm. Louaniense q. u. i.] interdum queritur ω
 48 sic C gratia quod B (sscr. deo B³) quod] dis E Vaticanus : sit
 HOω 49 hanc EOΣ nullis BCH 52 hora sit illa CEOΣ
 VI i quam] cui ω : qui 5

OVIDI NASONIS

at si cauta parum scripsisset dextra quis esses,
forsitan officio parta querela foret.
cur tamen, hoc aliis tutum creditibus, unus, 5
adpellent ne te carmina nostra, rogas ?
quanta sit in media clementia Caesaris ira,
si nescis, ex me certior esse potes.
huic ego, quam patior, nil possem demere poenae,
si iudex meriti cogerer esse mei. 10
non vetat ille sui quemquam meminisse sodalis,
nec prohibet tibi me scribere teque mihi.
nec scelus admittas, si consoleris amicum,
mollibus et verbis aspera fata leves.
cur, dum tuta times, facis ut reverentia talis 15
fiat in Augustos invidiosa deos ?
fulminis adflatos interdum vivere telis
vidimus et refici, non prohibente Iove.
nec, quia Neptunus navem lacerarat Vlxis,
Leucothea nanti ferre negavit opem. 20
crede mihi, miseris caelestia numina parcunt,
nec semper laesos et sine fine premunt.
principe nec nostro deus est moderatior ullus :
Iustitia vires temperat ille suas.
nuper eam Caesar facto de marmore templo, 25
iampridem posuit mentis in aede suae.
Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet,
qui poenam culpa non meruere pati.
obruerit cum tot saevis deus aequoris undis,
ex illis mergi pars quota digna fuit ? 30
cum pereant acie fortissima quaeque, vel ipso
iudice dilectus Martis iniquus erit.
at si forte velis in nos inquirere, nemo est
qui se, quod patitur, conmeruisse neget.

⁹ possim C: posses O: possum ^{E5} ²⁰ leucotheam BC, corredit
Merkel: leucothoe ^ω ³² dilectus C⁵: delectus BEO⁵ 33-34 in eos
... quin se Bentley

EX PONTO III

adde quod extinctos vel aqua vel Marte vel igni 35
 nulla potest iterum restituisse dies.
restituit multos aut poenae parte levavit
 Caesar : et in multis me, precor, esse velit.
at tu, cum tali populus sub principe simus,
 adloquio profugi credis inesse metum? 40
forsitan haec domino Busiride iure timeres,
 aut solito clausos urere in aere viros.
desine mitem animum vano infamare timore.
 saeva quid in placidis saxa vereris aquis?
ipse ego quod primo scripsi sine nomine vobis, 45
 vix excusari posse mihi videor.
sed pavor attonito rationis ademerat usum,
 cesserat omne novis consiliumque malis,
fortunamque meam metuens, non vindicis iram,
 terrebar titulo nominis ipse mei. 50
hactenus admonitus memori concede poetae
 ponat ut in chartis nomina cara suis.
turpe erit ambobus, longo mihi proximus usu
 si nulla libri parte legere mei.
ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit, 55
 non ultra, quam vis, officiosus ero,
teque tegam, qui sis, nisi cum permiseris ipse :
 cogetur nemo munus habere meum.
tu modo, quem poteras vel aperte tutus amare,
 si res est anceps ista, latenter ama. 60

VII

VERBA mihi desunt eadem tam saepe roganti,
 iamque pudet vanas fine carere preces.
taedia consimili fieri de carmine vobis,
 quidque petam cunctos edidicisse reor.

35 igne *C*EO^T 40 obsequio *O* malum *C* 51 sodali *C*

OVIDI NASONIS

nostraque quid portet iam nostis epistula, quamvis 5
 cera sit a vinclis non labefacta meis.
 ergo mutetur scripti sententia nostri,
 ne totiens contra, quam rapit amnis, eam.
 quod bene de vobis speravi, ignoscite, amici :
 talia peccandi iam mihi finis erit. 10
 nec gravis uxori dicar : quae scilicet in me
 quam proba tam timida est experiensque parum.
 hoc quoque, Naso, feres : etenim peiora tulisti.
 iam tibi sentiri sarcina nulla potest.
 ductus ab armento taurus detrectet aratrum, 15
 subtrahat et duro colla novella iugo.
 nos, quibus adsuevit fatum crudeliter uti,
 ad mala iam pridem non sumus ulla rudes.
 venimus in Geticos fines : moriamur in illis,
 Parcaque ad extremum qua mea coepit eat. 20
 spem iuvat amplecti, quae non iuvat inrita semper :
 et, fieri cupias siqua, futura putes.
 proximus huic gradus est bene desperare salutem,
 seque semel vera scire perisse fide.
 curando fieri quaedam maiora videmus 25
 vulnera, quae melius non tetigisse fuit.
 mitius ille perit, subita qui mergitur unda,
 quam sua qui tumidis brachia lassat aquis.
 cur ego concepi Scythicis me posse carere
 finibus et terra prosperiore frui ? 30
 cur aliquid de me speravi lenius umquam ?
 an fortuna mihi sic mea nota fuit ?
 torqueor engravius, repetitaque forma locorum
 exilium renovat triste recensque facit.

VII 6 cera C exc. Pol. : certa B : charta 15 meis B: suis C
 15 detractat (detrectat) CO 16 subtrahit C 19 moriemur
 EO 28 lassat EO ; cf. Fast. iv. 297 iactat uel lassat C :
 pulsat B : iactat 5, vide Trist. ed. Ox. p. lxxviii

EX PONTO III

est tamen utilius, studium cessare meorum,
quam, quas admirint, non valuisse preces.
magna quidem res est, quam non audetis, amici :
 sed si quis peteret, qui dare vellet, erat.
dummodo non nobis hoc Caesaris ira negarit,
 fortiter Euxinis inmoriemur aquis.

VIII

Vvae tibi quaerebam memorem testantia curam
dona Tomitanus mittere posset ager.
dignus es argento, fulvo quoque dignior auro,
sed te, cum donas, ista iuvare solent.
nec tamen haec loca sunt ullo pretiosa metallo :
hostis ab agricola vix sinit illa fodi.
purpura saepe tuos fulgens praetexit amictus.
sed non Sarmatico tingitur illa mari.
vellera dura ferunt pecudes, et Palladis uti
arte Tomitanae non didicere nurus.
femina pro lana Cerealia munera frangit,
suppositoque gravem vertice portat aquam.
non hic pampineis amicitur vitibus ulmus,
nulla premunt ramos pondere poma suos.
tristia deformes pariunt absinthia campi,
terraque de fructu quam sit amara docet.
nil igitur tota Ponti regione Sinistri,
quod mea sedulitas mittere posset, erat.
clausa tamen misi Scythica tibi tela pharetra :
hoste precor fiant illa cruenta tuo.
hos habet haec calamos, hos haec habet ora libellos.
haec viget in nostris, Maxime, Musa locis !
quaes quamquam misisse pudet, quia parva videntur,
tu tamen haec, quaeso, consule missa boni.

37 quam *B²Cω*: sed *B* 39 uobis *EHOΣ*
VIII 9 uellere dum fuerint *BC* 14 suo *EΣ*

OVIDI NASONIS

IX

QVOD sit in his eadem sententia, Brute, libellis,
carmina nescioquem carpere nostra refers :
nil nisi me terra fruar ut propiore rogare,
et quam sim denso cinctus ab hoste loqui.
o, quam de multis vitium reprehenditur unum !
hoc peccat solum si mea Musa, bene est.
ipse ego librorum video delicta meorum,
cum sua plus iusto carmina quisque probet.
auctor opus laudat : sic forsitan Agrius olim
Thersiten facie dixerit esse bona. 5
iudicium tamen hic nostrum non decipit error,
nec, quicquid genui, protinus illud amo.
cur igitur, si me videam delinquere, peccem,
et patiar scripto crimen inesse, rogas ?
non eadem ratio est sentire et demere morbos. 10
sensus inest cunctis, tollitur arte malum.
saepe aliquod verbum cupiens mutare reliqui,
iudicium vires destituuntque meum.
saepe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
corrigere et longi ferre laboris onus. 15
scribentem iuvat ipse labor minuitque laborem,
cumque suo crescens pectore fervet opus.
corrigere ut res est tanto magis ardua quanto
magnus Aristarcho maior Homerus erat,
sic animum lento curarum frigore laedit 20
et cupidi cursus frena retentat equi.
atque ita di mites minuant mihi Caesaris iram,
ossaque pacata nostra tegantur humo,

IX 4 queri 5 9 si B (corr. sic B²) forsan C agrius *Vaticanus* :
agarius C : accius (actius EH) B² (*in ras.*) ω 25 10 dixerat E⁵
21 fauor EO⁵ 23 ut Burmann, Ehwald, Kr. B. p. 60 : et BCEO⁵ :
at B² 5 minus BC Bentley : maius B² 26 et BC : ut B² ω
cursus erasum in B : in cursus C (*teste Tafel*) ut cupidi gyrus Schreunders

EX PONTO III

ut mihi conanti nonnumquam intendere curas
 fortunae species obstat acerba meae, 30
 vixque mihi videor, faciam qui carmina, sanus,
 inque feris curem corrigere illa Getis.
 nil tamen e scriptis magis excusable nostris,
 quam sensus cunctis paene quod unus inest.
 laeta fere laetus cecini, cano tristia tristis: 35
 conveniens operi tempus utrumque suo est.
 quid nisi de vitio scribam regionis amarae,
 utque loco moriar commodiore precer?
 cum totiens eadem dicam, vix audior ulli,
 verbaque profectu dissimulata carent. 40
 et tamen haec eadem cum sint, non scripsimus isdem,
 unaque per plures vox mea temptat opem.
 an, ne bis sensum lector reperiret eundem,
 unus amicorum, Brute, rogandus eras?
 non fuit hoc tanti. confessò ignoscite, docti: 45
 vilior est operis fama salute mea.
 denique materiam, quam quis sibi fixerit ipse,
 arbitrio variat multa poeta suo.
 Musa mea est index nimium quoque vera malorum,
 atque incorrupti pondera testis habet. 50
 nec liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur
 littera, propositum curaque nostra fuit.
 postmodo collectas utcumque sine ordine iunxi:
 hoc opus electum ne mihi forte putes.
 da veniam scriptis, quorum non gloria nobis 55
 causa, sed utilitas officiumque fuit.

31 qui *O⁵* : quin *BC* : quod *B²⁵* : cum *EH⁵* 33 e] est ω : in
Gottorpianus 41 scripsimus *BO* : scribimus *Cω* : scribitur *E* 44
 erat *CΩω* 47 materia *B*, unde materiae . . . sue *Heinsius* quom
 olim conieci: cum Bentley fecerit *E* 50 incorruptae *5 Heinsius* ;
 sed cf. *Fast.* iv. 203 'pro magno (*codd.*) teste uetus creditur'

LIBER QVARTVS

I

ACCIPE, Pompei, deductum carmen ab illo,
debitor est vitae qui tibi, Sexte, suae.
qui seu non prohibes a me tua nomina poni,
accedet meritis haec quoque summa tuis :
sive trahis vultus, euidem peccasse fatebor,
delicti tamen est causa probanda mei. 5
non potuit mea mens, quin esset grata, teneri.
sit precor officio non gravis ira pio.
o, quotiens ego sum libris mihi visus ab istis
inpius, in nullo quod legerere loco ! 10
o, quotiens, alii cum vellem scribere, nomen
rettulit in ceras inscia dextra tuum !
ipse mihi placuit mendis in talibus error,
et vix invita facta litura manu est.
'viderit ! ad summam ' dixi 'licet ipse queratur ! 15
a ! pudet offensam non meruisse prius.'
da mihi, siquid ea est, hebetantem pectora Lethen,
oblitus potero non tamen esse tui.
idque sinas oro, nec fastidita repellas
verba, nec officio crimen inesse putas, 20
et levis haec meritis referatur gratia tantis :
si minus, invito te quoque gratus ero.
numquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,
nec mihi munificas arca negavit opes.

19 o] di B ab B: in Cō 11 uellem cum CĒT 15 summu
t; sed cf. Ehwald, Kr. B. p. 46 16 hanc HĒ

OVIDI NASONIS

nunc quoque nil subitis clementia territa fatis
auxilium vitae fertque feretque meae.
unde rogas forsan fiducia tanta futuri
sit mihi? quod fecit, quisque tuetur opus.
ut Venus artificis labor est et gloria Coi,
aequoreo madidas quae premit imbre comas :
arcis ut Actaeae vel eburna vel aerea custos
bellica Phidiaca stat dea facta manu :
vindicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum :
ut similis verae vacca Myronis opus :
sic ego pars rerum non ultima, Sexte, tuarum
tutelaeque feror munus opusque tuae.

25

30

35

II

QVOD legis, o vates magnorum maxime regum,
venit ab intonsis usque, Severe, Getis :
cuius adhuc nomen nostros tacuisse libellos,
si modo permittis dicere vera, pudet.
orba tamen numeris cessavit epistula numquam
ire per alternas officiosa vices.
carmina sola tibi memorem testantia curam
non data sunt. quid enim, quae facis ipse, darem?
quis mel Aristaeo, quis Baccho vina Falerna,
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?
fertile pectus habes, interque Helicona colentes
uberius nulli provenit ista seges.
mittere ad hunc carmen, frondes erat addere silvis.
haec mihi cunctandi causa, Severe, fuit.
nec tamen ingenium nobis respondet, ut ante,
sed siccum sterili vomere litus aro.

5

10

15

26 feretque *O*, quod coniecerat Heinsius : refertque *B*eo : referta *C*
27 roges *5* 31 uta aut uti *C* (*teste Tafel*) aerea *5* : aenea *eo* :
anea *B* (*teste Tafel*) *C*
II 1 rerum *C* : uatum *E* *5* orba] uerba *C* 9 Falerno *Zinserling*

EX PONTO IV

scilicet ut limus venas excaecat in undis,
laesaque suppresso fonte resistit aqua,
pectoris sic mea sunt limo vitiata malorum,
et carmen vena pauperiore fluit.

20

si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum,
esset, crede mihi, factus et ille Getes.
da veniam fasso, studiis quoque frena remisi,
ducitur et digitis littera rara meis.

inpetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit,

25

qui prius in nobis esse solebat, abest.

vix venit ad partes, vix sumptae Musa tabellae
inponit pigras paene coacta manus.

parvaque, ne dicam scribendi nulla voluptas
est mihi, nec numeris nectere verba iuvat.

30

sive quod hinc fructus adeo non cepimus ullos,
principium nostri res sit ut ista mali :
sive quod in tenebris numerosos ponere gestus,
quodque legas nulli scribere carmen, idem est.
excitat auditor studium, laudataque virtus

35

crescit, et immensum gloria calcar habet.

hic mea cui recitem nisi flavis scripta Corallis,
quasque alias gentes barbarus Hister habet ?
sed quid solus agam, quaque infelicia perdam
otia materia surripiamque diem ?

40

nam quia nec vinum, nec me tenet alea fallax,
per quae clam tacitum tempus abire solet,
nec me, quod cuperem, si per fera bella liceret,
oblectat cultu terra novata suo,
quid, nisi Pierides, solacia frigida, restant,
non bene de nobis quae meruere deae ?
at tu, cui bibitur felicius Aonius fons,
utiliter studium quod tibi cedit ama,

45

17 u. e.] cum uenas cecat *BCHS*

33 gressus 5

OVIDI XASONIS

sacraque Musarum merito crede, quodque legamus,
huc aliquod curae mitte recentis opus.

50

III

Cosyvirar, an taceam? ponam sine nomine crimen,
an notum qui sis omnibus esse velim?
nomine non utar, ne commendere querela,
quaeraturque tibi carmine fama mea.
dum mea puppis erat valida fundata carina,
qui mecum velles correre, primus eras.
nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis,
auxilio postquam scis opus esse tuo.
dissimulas etiam, nec me vis nosse videri,
quisque sit, auditio nomine, Naso, rogas.
ille ego sum, quamquam non vis audire, vetusta
paene puer pueru iunctus amicitia:
ille ego, qui primus tua seria nosse solebam
et tibi iucundis primus adesse iocis:
ille ego convictor densoque domesticus usu,
ille ego iudiciis unica Musa tuis.
ille ego sum, qui nunc an vivam, perfide, nescis,
cura tibi de quo quaerere nulla fuit.
sive fui numquam carus, simulasse fateris:
seu non fingebas, inveniere levis.
aut age, dic aliquam, quae te mutaverit, iram:
nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est.
quod te nunc crimen similem vetat esse priori?
an crimen, coepi quod miser esse, vocas?
si mihi rebus opem nullam factisque ferebas,
venisset verbis charta notata tribus.
vix equidem credo: subito insultare iacenti
te mihi nec verbis parcere fama refert.

5

10

15

20

25

III a quis *EHO5* II quam//| B sub ras. que *dispergit Tafel*:
quamuis 5: qdm (i. e. quoniam) C 23 quae te consimilem res nunc
(non E) uetat *E5* 27 subito C: s//| B: sed et *B20*

EX PONTO IV

quid facis, a! demens? cur, si Fortuna recedit,
 naufragio lacrimas eripis ipse tuo? 30
 haec dea non stabili, quam sit levis, orbe fatetur,
 quae summum dubio sub pede semper habet.
 quolibet est folio, quavis incertior aura:
 par illi levitas, inprobe, sola tua est.
 omnia sunt hominum tenui pendentia filo, 35
 et subito casu quae valuere, ruunt.
 divitis audita est cui non opulentia Croesi?
 nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
 ille Syracosia modo formidatus in urbe
 vix humili duram reppulit arte famem. 40
 quid fuerat Magno maius? tamen ille rogavit
 summissa fugiens voce clientis opem.
 cuique viro totus terrarum paruit orbis,

 ille Iugurthino clarus Cimbroque triumpho, 45
 quo victrix totiens consule Roma fuit,
 in caeno Marius iacuit cannaque palustri,
 pertulit et tanto multa pudenda viro.
 ludit in humanis divina potentia rebus,
 et certam praesens vix feret hora fidem. 50
 'litus ad Euxinum' si quis mihi diceret 'ibis,
 et metues, arcu ne feriare Getae,'
 'i, bibe' dixisse 'purgantes pectora sucos,
 quicquid et in tota nascitur Anticyra.'
 sum tamen haec passus: nec, si mortalia possem, 55
 et summi poteram tela cavere dei.
 tu quoque fac timeas, et quae tibi laeta videntur,
 dum loqueris, fieri tristia posse puta.

29 recedat 5 33 quamuis C 44 om. BC uersum adulterinum
 supplent B²(mg.)ω: indigus effectus (est factus E) omnibus ipse
 magis 47 latuit 5 50 feret BC; cf. Virg. Aen. x. 792:
 habet ω

OVIDI NASONIS

IV

NVLLA dies adeo est australibus umida nimbis,
non intermissis ut fluat imber aquis.
nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo
mixta fere duris utilis herba rubis.
nil adeo fortuna gravis miserabile fecit,
ut minuant nulla gaudia parte malum. 5
ecce domo patriaque carens oculisque meorum,
naufragus in Getici litoris actus aquas,
qua tamen inveni vultum diffundere causa
possim, fortunae nec meminisse meae.
nam mihi, cum fulva solus spatiarer harena,
visa est a tergo pinna dedisse sonum.
respicio, nec erat corpus, quod cernere possem,
verba tamen sunt haec aure recepta mea:
'en ego laetarum venio tibi nuntia rerum 10
Fama, per inmensas aere lapsa vias.
consule Pompeio, quo non tibi carior alter,
candidus et felix proximus annus erit.'
dixit, et ut laeto Pontum rumore replevit,
ad gentes alias hinc dea vertit iter. 15
at mihi dilapsis inter nova gaudia curis
excidit asperitas huius iniqua loci.
ergo ubi, Iane biceps, longum reseraveris annum,
pulsus et a sacro mense December erit,
purpura Pompeium summi velabit honoris, 20
ne titulis quicquam debeat ille suis.
cernere iam videor rumpi paene atria turba,
et populum laedi deficiente loco,
templaque Tarpeiae primum tibi sedis adiri,
et fieri faciles in tua vota deos. 25

IV 10 possem OS 11 fulua tristis EHω spatiarer tristis O
27 p. a.] penetralia S

EX PONTO IV

colla boves niveos cerno praebere securi,
 quos aluit campis herba Falisca suis :
 cumque deos omnes, tunc hos impensius, aequos
 esse tibi cupias, cum Iove Caesar erunt.
 curia te excipiet, patresque e more vocati 35
 intendent aures ad tua verba suas.
 hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore,
 utque solet, tulerit prospera verba dies,
 egeris et meritas superis cum Caesare grates
 (qui causam, facias cur ita saepe, dabit), 40
 inde domum repetes toto comitante senatu,
 officium populi vix capiente domo.
 me miserum, turba quod non ego cernar in illa,
 nec poterunt istis lumina nostra frui !
 quod licet, absentem qua possum mente videbo : 45
 aspiciet vultus consulis illa sui.
 di faciant aliquo subeat tibi tempore nostrum
 nomen, et 'heu' dicas 'quid miser ille facit ?'
 haec tua pertulerit si quis mihi verba, fatebor
 protinus exilium mollius esse meum. 50

V

ITE, leves elegi, doctas ad consulis aures,
 verbaque honorato ferte legenda viro.
 longa via est, nec vos pedibus proceditis aequis,
 tectaque brumali sub nive terra latet.
 cum gelidam Thracen et opertum nubibus Haemum 5
 et maris Ionii transieritis aquas,
 luce minus decima dominam venietis in urbem,
 ut festinatum non faciatis iter.

31 cerno conieci, propter asyndeton uix ferendum : certae codd.
 33 tunc BCEOS : tum 5 hos Ehwald : quos codd. 34 erit eo
 36 intendunt BC 45 qualibet EH5 : quamlibet Heinsius ; sed cf.
 iii. 5. 29

OVIDI NASONIS

protinus inde domus vobis Pompeia petatur :
non est Augusto iunctior ulla foro.
siquis, ut in populo, qui sitis et unde requiret,
nomina decepta quaelibet aure ferat.
ut sit enim tutum, sicut reor esse, fateri,
verba minus certe ficta timoris habent.
copia nec vobis nullo prohibente videndi
consulis, ut limen contigeritis, erit.
aut reget ille suos dicendo iura Quirites,
conspicuum signis cum premet altus ebur :
aut populi reditus positam componet ad hastam,
et minui magnae non sinet urbis opes :
aut, ubi erunt patres in Iulia templa vocati,
de tanto dignis consule rebus aget :
aut feret Augusto solitam natoque salutem,
deque parum noto consulent officio.
tempus ab his vacuum Caesar Germanicus omne
auferet : a magnis hunc colit ille deis.
cum tamen a turba rerum requieverit harum,
ad vos mansuetas porriget ille manus,
quidque parens ego vester agam fortasse requiret.
talia vos illi reddere verba volo :
'vivit adhuc vitamque tibi debere fatetur,
quam prius a miti Caesare munus habet.
te sibi, cum fugeret, memori solet ore referre
barbariae tutas exhibuisse vias :
sanguine Bistonium quod non tepefecerit ensem,
effectum cura pectoris esse tui :
addita praeterea vitae quoque multa tuendae
munera, ne proprias attenuaret opes.
pro quibus ut meritis referatur gratia, iurat
se fore mancipii tempus in omne tui.

V 15 tunc O ullo ET 25 ab] et BC 40 mancipium . . .
tuum εω

EX PONTO IV

nam prius umbrosa carituros arbore montes,
et freta velivolas non habitura rates,
fluminaque in fontes cursu redditura supino,
gratia quam meriti possit abire tui.
haec ubi dixeritis, servet sua dona rogate.
sic fuerit vestrae causa peracta viae.

45

VI

QVAM legis, ex illis tibi venit epistula, Brute,
Nasonem nolles in quibus esse locis.
sed tu quod nolles, voluit miserabile fatum.
ei mihi ! plus illud quam tua vota valet.
in Scythia nobis quinquennis Olympias acta est :
iam tempus lustri transit in alterius.
perstat enim fortuna tenax, votisque malignum
opponit nostris insidiosa pedem.
certus eras pro me, Fabiae laus, Maxime, gentis,
numen ad Augustum supplice voce loqui.
occidis ante preces, causamque ego, Maxime, mortis
(nec fuero tanti) me reor esse tuae.
iam timeo nostram cuiquam mandare salutem :
ipsum morte tua concidit auxilium.
cooperat Augustus deceptae ignoscere culpae :
spem nostram terras deseruitque simul.
quale tamen potui, de caelite, Brute, recenti
vestra procul positus carmen in ora dedi.
quae prosit pietas utinam mihi, sitque malorum
iam modus et sacrae mitior ira domus.
te quoque idem liquido possum iurare precari,
o mihi non dubia cognite Brute nota.

5

10

15

20

VI 5 est om. 5, unde sublato puncto acta iam . . . transit *Housman*
8 inuidiosa *EHS* 12 fueram ω : fuerim 5 15 deceptae ; cf. *Liu.*
xxii. 4. 4 'deceptae insidiae'

OVIDI NASONIS

nam cum praestiteris verum mihi semper amorem,
hic tamen adverso tempore crevit amor.

qui que tuas pariter lacrimas nostrasque videret, 25
passuros poenam crederet esse duos.

lenem te miseris genuit natura, nec ulli
mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit :
ut qui, quid valeas ignoret Marte forensi,
posse tuo peragi vix putet ore reos. 30

scilicet eiusdem est, quamvis pugnare videntur,
supplicibus facilem, sontibus esse trucem.

cum tibi suscepta est legis vindicta severae,
verba velut tinctu singula virus habent. 35

hostibus eveniat, quam sis violentus in armis
sentire et linguae tela subire tuae.

quaes tibi tam tenui cura limantur, ut omnes
istius ingenium corporis esse negent. 40

at si quem laedi Fortuna cernis iniqua,
mollior est animo femina nulla tuo.

hoc ego praecipue sensi, cum magna meorum
notitiam pars est infitiata mei.

inmemor illorum, vestri non inmemor umquam,
qui mala solliciti nostra levatis, ero 45

et prius hic nimium nobis conterminus Hister
in caput Euxino de mare vertet iter,

utque Thyestae redeant si tempora mensae,
Solis ad Eoas currus agetur aquas,

quam quisquam vestrum, qui me doluistis ademptum,

arguat ingratum non meminisse sui. 50

VII

Missvs es Euxinas quoniam, Vestalis, ad undas,
ut positis reddas iura sub axe locis,

31 uidetur *EOΣ*
codd.: *tinguat Merkel*

34 tinctu *Ehwald, Kr. B. p. 83*: *tinctum*
44 sollicite *EOΣ* ero] ope *C*

EX PONTO IV

aspicis en praesens, quali iaceamus in arvo,
 nec me testis eris falsa solere queri.
 accedet voci per te non irrita nostrae, 5
 Alpinis iuvenis regibus orte, fides.
 ipse vides certe glacie concrescere Pontum,
 ipse vides rigido stantia vina gelu ;
 ipse vides, onerata ferox ut ducat Iazyx
 per medias Histri plausta bubulcus aquas. 10
 aspicis et mitti sub adunco toxica ferro,
 et telum causas mortis habere duas.
 atque utinam pars haec tantum spectata fuisset,
 non etiam proprio cognita Marte tibi !
 tenditur ad primum per densa pericula pilum, 15
 contigit ex merito qui tibi nuper honor.
 sit licet hic titulus plenus tibi fructibus, ingens
 ipsa tamen virtus ordine maior erit.
 non negat hoc Hister, cuius tua dextera quondam
 puniceam Getico sanguine fecit aquam. 20
 non negat Aegisos, quae te subeunte recepta
 sensit in ingenio nil opis esse loci.
 nam, dubium positu melius defensa manune,
 urbs erat in summo nubibus aequa iugo.
 Sithonio regi ferus interceperat illam 25
 hostis et ereptas victor habebat opes,
 donec fluminea devecta Vitellius unda
 intulit exposito milite signa Getis.
 at tibi, progenies alti fortissima Donni,
 venit in adversos inpetus ire viros. 30
 nec mora, conspicuus longe fulgentibus armis,
 fortia ne possint facta latere caves,

VII 6 Arpinis *Verpoorten* 9 Iazyx *Merula* : iahis *B* : ayzys
 (sscr. ia) *C* : iazis, yaxis ω 15 tenditur *scripti* : tenditis
codd. : tendit is *Oberlin* : tendisti *Merkel* 17 plenus *EO Ehwald* :
 plenis *cett. codd.* 21 egyptos *B* : egilos *C* : egiros, egyptos ω ; cf. i. 8.
 13 : egippos *O* 23 manune *BC* : manue ω 29 donni *B*³*C*⁵ :
 domu *B* : domni *HO*⁵ *exc. Pol.* : dampni *E*

OVIDI NASONIS

ingentique gradu contra ferrumque locumque
 saxaque brumali grandine plura subis.
nec te missa super iaculorum turba moratur, 35
 nec quae vipereo tela cruento madent,
spicula cum pictis haerent in casside pinnis,
 parsque fere scuti vulnere nulla vacat.
nec corpus cunctos feliciter effugit ictus :
 sed minor est acri laudis amore dolor.
talis apud Troiam Danais pro navibus Ajax 40
 dicitur Hectoreas sustinuisse faces.
ut proprius ventum est admotaque dextera dextrae,
 resque fero potuit comminus ense geri,
dicere difficile est quid Mars tuus egerit illic, 45
 quotque neci dederis quosque quibusque modis.
ense tuo factos calcabas vitor acervos,
 inposito que Getes sub pede multus erat.
pugnat ad exemplum primi minor ordine pili,
 multaque fert miles vulnera, multa facit.
sed tantum virtus alios tua praeterit omnes,
 ante citos quantum Pegasus ibit equos.
vincitur Aegis, testataque tempus in omne
 sunt tua, Vestalis. carmine facta meo.

VIII

LITTERA sera quidem, studiis exculte Suilli,
 huc tua pervenit, sed mihi grata tamen,
qua, pia si possit superos lenire rogando
 gratia, laturum te mihi dicis opem.
ut iam nil praestes, animi sum factus amici 5
 debitor, et meritum velle iuvare voco.
inpetus iste tuus longum modo duret in aevum,
 neve malis pietas sit tua lassa meis.

52 ibit BO : ibat cert. codd. 53 egyptos BT : egiros CT

EX PONTO IV

ius aliquod faciunt adfinia vincula nobis,
quae semper maneant inlabefacta precor. 10
nam tibi quae coniunx, eadem mihi filia paene est,
et quae te generum, me vocat illa virum.
ei mihi, si lectis vultum tu versibus istis
ducis et adfinem te pudet esse meum!
at nihil hic dignum poteris reperiire pudore 15
praeter Fortunam, quae mihi caeca fuit.
seu genus excutias, equites ab origine prima
usque per innumeros inveniemur avos:
sive velis qui sint mores inquirere nostri,
errorem misero detrahe, labe carent. 20
tu modo si quid agi sperabis posse precando,
quos colis, exora supplice voce deos.
di tibi sunt Caesar iuvenis. tua numina placa.
hac certe nulla est notior ara tibi.
non sinit illa sui vanas antistitis umquam 25
esse preces: nostris hinc pete rebus opem.
quamlibet exigua si nos ea iuverit aura;
obruta de mediis cumba resurget aquis.
tunc ego tura feram rapidis sollemnia flammis,
et valeant quantum numina testis ero. 30
nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum
marmore: carpsit opes illa ruina meas.
templa domus facient vobis urbesque beatae.
Naso suis opibus, carmine gratus erit.
parva quidem fateor pro magnis munera reddi, 35
cum pro concessa verba salute damus.
sed qui, quam potuit, dat maxima, gratus abunde est,
et finem pietas contigit illa suum.
nec quae de parva pauper dis libat acerra,
tura minus grandi quam data lance valent. 40

VIII 16 saeuia *Riese* 23 sint *BCO* 5 33 uobis faciant 5

OVIDI NASONIS

agnaque tam lactens quam gramine pasta Falisco
victima Tarpeios inficit icta focos.
nec tamen officio vatum per carmina facto
principibus res est aptior ulla viris.
carmina vestrarum peragunt paeconia laudum,
neve sit actorum fama caduca cauent. 45
carmine fit vivax virtus, expersque sepulcri
notitiam serae posteritatis habet.
tabida consumit ferrum lapidemque vetustas,
nullaque res maius tempore robur habet. 50
scripta ferunt annos. scriptis Agamemnona nosti,
et quisquis contra vel simul arma tulit.
quis Thebas septemque duces sine carmine nosset,
et quicquid post haec, quicquid et ante fuit?
di quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt,
tantaque maiestas ore canentis eget. 55
sic Chaos ex illa naturae mole prioris
digestum partes scimus habere suas:
sic adfectantes caelestia regna Gigantas
ad Styga nimbifero vindicis igne datos:
sic victor laudem superatis Liber ab Indis, 60
Alcides capta traxit ab Oechalia.
et modo, Caesar, avum, quem virtus addidit astris,
sacrarunt aliqua carmina parte tuum.
siquid adhuc igitur vivi, Germanice, nostro
restat in ingenio, serviet omne tibi. 65
non potes officium vatis contemnere vates:
iudicio pretium res habet ista tuo.
quod nisi te nomen tantum ad maiora vocasset,
gloria Pieridum summa futurus eras. 70
sed dare materiam nobis quam carmina maius:
nec tamen ex toto deserere illa potes.

44 gratiōr 5 59 gigantes *codd.* 62 oethalia *B*: ethalia *CO*:
etholia *co* 65 riui *Hertsberg ad Prop. iv. 1. 59* 71 maius *BO* 5:
maiis *CE* 5

EX PONTO IV

nam modo bella geris, numeris modo verba coerces,
quodque alius opus est, hoc tibi lusus erit.
utque nec ad citharam nec ad arcum segnis Apollo est, 75
sed venit ad sacras nervus uterque manus,
sic tibi nec docti desunt nec principis artes,
mixta sed est animo cum Iove Musa tuo.
quaes quoniam nec nos unda summovit ab illa,
ungula Gorgonei quam cava fecit equi, 80
prosit opemque ferat communia sacra tueri,
atque isdem studiis inposuisse manum:
litora pellitis nimium subiecta Corallis
ut tandem saevos effugiamque Getas:
clausaque si misero patria est, ut ponar in ullo, 85
qui minus Ausonia distet ab urbe, loco,
unde tuas possim laudes celebrare recentes
magnaque quam minima facta referre mora.
tangat ut hoc votum caelestia, care Suilli,
numina, pro socero paene precare tuo. 90

IX

VNDE licet, non unde iuvat, Graecine, salutem
mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis,
missaque di faciant Auroram occurrat ad illam,
bis senos fasces quae tibi prima dabit:
ut, quoniam sine me tanges Capitolia consul 5
et fiam turbae pars ego nulla tuae,
in domini subeat partes et praestet amici
officium iusso littera nostra die.
atque ego si fatis genitus melioribus essem
et mea sincero curreret axe rota, 10
quo nunc nostra manus per scriptum fungitur, esset
lingua salutandi munere functa tui,

74 ludus ζ 77 nec desunt $C\zeta$ 85 ullo ζ : illo $BC\zeta$ 86
distat $BCEHO\zeta$

OVIDI NASONIS

gratatusque darem cum dulcibus oscula verbis,
 nec minus ille meus quam tuus esset honor.
illa, confiteor, sic essem luce superbus, 15
 ut caperet fastus vix domus ulla meos:
dumque latus sancti cingit tibi turba senatus,
 consulis ante pedes ire iuberer eques;
et quamquam cuperem semper tibi proximus esse,
 gauderem lateris non habuisse locum. 20
nec querulus, turba quamvis eliderer, essem:
 sed foret a populo tum mihi dulce premi.
aspicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,
 densaque quam longum turba teneret iter.
quoque magis noris, quam me vulgaria tangent, 25
 spectarem, qualis purpura te tegeret.
signa quoque in sella nossem formata curuli
 et totum Numidae sculptile dentis opus.
at cum Tarpeias esses deductus in arces,
 dum caderet iussu victima sacra tuo, 30
me quoque secreto grates sibi magnus agentem
 audisset media qui sedet aede deus.
turaque mente magis plena quam lance dedissem,
 ter quater imperii laetus honore tui.
hic ego praesentes inter numerarer amicos, 35
 mitia ius urbis si modo fata darent,
quaeque mihi sola capitur nunc mente voluptas,
 tunc oculis etiam percipienda foret.
non ita caelitibus visum est, et forsitan aequis.
 nam quid me poenae causa negata iuvet? 40
mente tamen, quae sola loco non exulat, utar,
 praetextam fasces aspiciamque tuos.

18 uiderer *S* : iuberet *E* 20 lateri *EOS* 22 tunc *EH5*
23 prospicrem *ω* 25, 26 Bentley, 27, 28 *Merkel deleuerunt* 29
et *EH5* 35 hic (*i. e. in capitulo*) *BCω* : hinc *Merkel, Schenkl*
36 ius] uim *B²* urbis *ed. Aldina* : uerbis *codd.* mitia si nobis
ius m. f. d. *O* 40 iuuet] foret *B²* (*ex u. 38*), sed iuuet *eadem manus*
correxit: iuuat *S*

EX PONTO IV

haec modo te populo reddentem iura videbit,
 et se secretis finget adesse tuis:
 nunc longi reditus hastae supponere lustri 45
 crebet, et exacta cuncta locare fide:
 nunc facere in medio facundum verba senatu,
 publica quaerentem quid petat utilitas:
 nunc pro Caesaribus superis decernere grates,
 albave optimorum colla ferire boum. 50
 atque utinam, cum iam fueris potiora precatus,
 ut mihi placetur principis ira roges!
 surgat ad hanc vocem plena pius ignis ab ara,
 detque bonum voto lucidus omen apex.
 interea, qua parte licet, ne cuncta queramur, 55
 hic quoque te festum consule tempus agam.
 altera laetitiae est nec cedens causa priori,
 successor tanti frater honoris erit.
 nam tibi finitum summo, Graecine, Decembri
 imperium Iani suscipit ille die. 60
 quaeque est in vobis pietas, alterna feretis
 gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.
 sic tu bis fueris consul, bis consul et ille,
 inque domo binus conspicietur honor.
 qui quamquam est ingens, et nullum Martia summo 65
 altius imperium consule Roma videt,
 multiplicat tamen hunc gravitas auctoris honorem,
 et maiestatem res data dantis habet.
 iudicii igitur liceat Flaccoque tibique
 talibus Augusti tempus in omne frui. 70
 quod tamen ab rerum cura propiore vacabit,
 vota precor votis addite vestra meis.

44 decretis Korn : locis E⁵ 46 cernet 5 57 est om. 5 cedet H⁵
 64 bimus cod. Gudianus, Heinsius; sed cf. Lucret. iv. 451 honos E
 71 quod BC⁵, Ehwald, Kr. B. p. 48: cum EO⁵: ut H⁵ ab B:
 a C⁵

OVIDI NASONIS

et si quem dabit aura sinum, laxate rudentis,
 exeat e Stygiis ut mea navis aquis.
 praefuit his, Graecine, locis modo Flaccus, et illo 75
 ripa ferox Histri sub duce tuta fuit.
 hic tenuit Mysas gentes in pace fideli,
 hic arcu fisos terruit ense Getas.
 hic raptam Troesmen celeri virtute recepit,
 infecitque fero sanguine Danuvium. 80
 quaere loci faciem Scythicique incommoda caeli,
 et quam vicino terrear hostile roga :
 sintne litae tenues serpentis felle sagittae,
 fiat an humanum victima dira caput :
 mentiar, an coeat duratus frigore Pontus,
 mentiar, an coeat duratus frigore Pontus, 85
 et teneat glacies iugera multa freti.
 haec ubi narrarit, quae sit mea fama require,
 quoque modo peragam tempora dura roga.
 nec sumus hic odio, nec scilicet esse meremur,
 nec cum Fortuna mens quoque versa mea est. 90
 illa quies animi, quam tu laudare solebas,
 ille vetus solito perstat in ore pudor.
 sic ego sum longe, sic hic, ubi barbarus hostis,
 ut fera plus valeant legibus arma, facit,
 rem queat ut nullam tot iam, Graecine, per annos 95
 femina de nobis virve puerve queri.
 hoc facit ut misero faveant adsintque Tomitae :
 haec quoniam tellus testificanda mihi est.
 illi me, quia velle vident, discedere malunt :
 respectu cupiunt hic tamen esse sui. 100
 nec mihi credideris : extant decreta, quibus nos
 laudat et inmunes publica cera facit.

73 qua *H̄S* rudentes *Cω* 77 mysas *B* : missas *Cω* 79
 Troesmen scripsi ; cf. xvi. 15 : troesen *B teste Tafel* : t(sscr. o)esm̄
C : troezen *EHŌS* : troesen *ς* : Troesmin *Korn, Ehwald, Kr. B.*
p. 42 80 danubium *ω* 93, 94 suspectos *Heinso del. Merkel* :
intercidisse nonnulla censem Ehwald, Kr. B. p. 18

EX PONTO IV

conveniens miseris et quamquam gloria non sit,
 proxima dant nobis oppida munus idem.
 nec pietas ignota mea est: videt hospita terra 105
 in nostra sacrum Caesaris esse domo.
 stant pariter natusque pius coniunxque sacerdos,
 numina iam facto non leviora deo.
 neu desit pars ulla domus, stat uterque nepotum,
 hic aviae lateri proximus, ille patris. 110
 his ego do totiens cum ture precantia verba,
 Eeo quotiens surgit ab orbe dies.
 tota, licet quaeras, hoc me non fingere dicet
 officii testis Pontica terra mei.
 Pontica me tellus, quantis hac possumus ara, 115
 natalem ludis scit celebrare dei.
 nec minus hospitibus pietas est cognita talis,
 misit in has siquos longa Propontis aquas.
 is quoque, quo Laevus fuerat sub praeside Pontus,
 audierit frater forsitan ista tuus. 120
 fortuna est inpar animo, talique libenter
 exiguas carpo munere pauper opes.
 nec vestris damus haec oculis, procul urbe remoti:
 contenti tacita sed pietate sumus.
 et tamen haec tangent aliquando Caesaris aures. 125
 nil illi, toto quod fit in orbe, latet.
 tu certe scis haec, superis ascite, videsque,
 Caesar, ut est oculis subdita terra tuis.
 tu nostras audis inter convexa locatus
 sidera, sollicito quas damus ore, preces. 130
 perveniant istuc et carmina forsitan illa,
 quae de te misi caelite facta novo.

103 sit *G*: est *BCō* 108 fato *G* 113 haec *EΣ*: non haec
 me fingere *O* 115 ara *B*: ora *Cō* 116 diem *HΣ* 119 laetus
BC: leuior *HOΣ* lento *E* 126 illi *BΣ*: illum *B²Cō* 127 hoc
CΣ 128 ut] et *BCEOΣ*

OVIDI NASONIS

auguror his igitur flecti tua numina, nec tu
inmerito nomen mite Parentis habes.

X

HAEC mihi Cimmerio bis tertia ducitur aestas
litore pellitos inter agenda Getas.
ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum
duritiae confers, Albinovane, meae?
gutta cavat lapidem, consumitur anulus usu,
atteritur pressa vomer aduncus humo.
tempus edax igitur praeter nos omnia perdit:
cessat duritia mors quoque victa mea.
exemplum est animi nimium patientis Vlixes,
iactatus dubio per duo lustra mari:
tempora solliciti sed non tamen omnia fati
pertulit, et placidae saepe fuere morae.
an grave sex annis pulchram fovisse Calypso
aequoreaque fuit concubuisse deae?
excipit Hippotades, qui dat pro munere ventos,
curvet ut impulsos utilis aura sinus.
nec bene cantantes labor est audire puellas:
nec degustanti lotos amara fuit.
hos ego, qui patriae faciant oblivia, sucos
parte meae vitae, si modo dentur, emam.
nec tu contuleris urbem Laestrygonos umquam
gentibus, obliqua quas obit Hister aqua.
nec vincet Cyclops saevum feritate Piacchen.
qui quota terroris pars solet esse mei?
Scylla feris trunco quod latret ab inguine monstris,
Heniochae nautis plus nocuere rates.

X i hic 5 6 atteritur *Heinsius*: et teritur *codd.* 7 perdit
O5 : perdet *BC* 13 calypson *HO* 14 *Aeeaeque* *Merkel*
21 laestrygonos *B* : lestrigones *C* : laestrygonis 22 *Piacchen*
BC Ehwald, Kr. B. p. 67 : piacem, phycen 23

EX PONTO IV

nec potes infestis conferre Charybdin Achaeis,
 ter licet eptum ter vomat illa fretum.
 qui quamquam dextra regione licentius errant,
 securum latus hoc non tamen esse sinunt. 30
 hic agri infrondes, hic spicula tincta venenis,
 hic freta vel pediti pervia reddit hiems,
 ut, qua remus iter pulsis modo fecerat undis,
 siccus contempta nave viator eat.
 qui veniunt istinc, vix vos ea credere dicunt. 35
 quam miser est, qui fert asperiora fide !
 crede tamen : nec te causas nescire sinemus,
 horrida Sarmaticum cur mare duret hiems.
 proxima sunt nobis plaustri praebentia formam
 et quae praecipuum sidera frigus habent. 40
 hinc oritur Boreas oraeque domesticus huic est
 et sumit vires a propiore loco.
 at Notus, adverso tepidum qui spirat ab axe,
 est procul et rarus languidiorque venit.
 adde quod hic clauso miscentur flumina Ponto, 45
 vimque fretum multo perdit ab amne suam.
 huc Lycus, huc Sagaris Peniusque Hypanisque Calesque
 influit et crebro vertice tortus Halys,
 Partheniusque rapax, et volvens saxa Cynapses
 labitur, et nullo tardior amne Tyras, 50
 et tu, femineae Thermodon cognite turmae,
 et quondam Graiis Phasi petite viris,
 cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyrapses
 et tacite peragens lene Melanthus iter,
 quique duas terras, Asiam Cadmique sororem, 55
 separat et cursus inter utramque facit,
 innumerique alii, quos inter maximus omnes
 cedere Danuvius se tibi, Nile, negat.

35 istuc *E*⁷ 42 polo *Meynche* 43 tepidus *EHP*⁵ 49
 cinapses *B*: cinapses *C*: cinases *O*; nuiphes *E*: Niphates *S* *Ver-*
poorten 53 Lycastus *ed. Etonensis*

OVIDI NASONIS

copia tot laticum, quas auget, adulterat undas,
nec patitur vires aequor habere suas. 60
quin etiam, stagno similis pigraeque paludi,
caeruleus vix est diluiturque color.
innatata unda freto dulcis, leviorque marina est,
quae proprium mixto de sale pondus habet.
si roget haec aliquis cur sint narrata Pedoni,
quidve loqui certis iuverit ista modis, 65
'detinui' dicam 'curas tempusque fefelli.
hunc fructum praesens attulit hora mihi.
afuimus solito, dum scribimus ista, dolore,
in mediis nec nos sensimus esse Getis.' 70
at tu, non dubito, cum Thesea carmine laudes,
materiae titulos quin tueare tuae,
quemque refers, imitere virum. vetat ille profecto
tranquilli comitem temporis esse fidem.
qui quamquam est factis ingens et conditur a te 75
vir tanto quanto debuit ore cani,
est tamen ex illo nobis imitabile quiddam,
inque fide Theseus quilibet esse potest.
non tibi sunt hostes ferro clavaque domandi,
per quos vix ulli pervius Isthmos erat : 80
sed praestandus amor, res non operosa volenti.
quis labor est puram non temerasse fidem ?
haec tibi, qui praestas indeclinatus amico,
non est quod lingua dicta querente putas.

XI

GALLIO, crimen erit vix excusabile nobis,
carmine te nomen non habuisse meo.
tu quoque enim, memini, caelesti cuspidi facta
fovisti lacrimis vulnera nostra tuis.

67 tempus curasque *S* exc. *Pol.* 83 praestas (*pstas B*) *BEOΣ* :
perstas *CΣ*

EX PONTO IV

atque utinam rapti iactura laesus amici 5
 sensisses ultra, quod quererere, nihil !
non ita dis placuit, qui te spoliare pudica
 coniuge crudeles non habuere nefas.
nuntia nam luctus mihi nuper epistula venit,
 lectaque cum lacrimis sunt tua damna meis. 10
sed neque solari prudentem stultior ausim,
 verbaque doctorum nota referre tibi :
finitumque tuum, si non ratione, dolorem
 ipsa iam pridem suspicor esse mora.
dum tua pervenit, dum littera nostra recurrens 15
 tot maria ac terras permeat, annus abit.
temporis officium est solacia dicere certi,
 dum dolor in cursu est et petit aeger opem.
at cum longa dies sedavit vulnera mentis,
 intempestive qui movet illa, novat. 20
adde quod (atque utinam verum tibi venerit omen !)
 coniugio felix iam potes esse novo.

XII

Qvo minus in nostris ponaris, amice, libellis,
 nominis efficitur condicione tui.
ast ego non alium prius hoc dignarer honore :
 est aliquis nostrum si modo carmen honor.
lex pedis officio fortunaque nominis obstat, 5
 quaque meos adeas est via nulla modos.
nam pudet in geminos ita nomen scindere versus,
 desinat ut prior hoc incipiatque minor.
et pudeat, si te, qua syllaba parte moratur,
 artius adpellem Tuticanumque vocem. 10
et potes in versum Tuticani more venire,
 fiat ut e longa syllaba prima brevis :

XI 20 mouet] fouet *Heinsius*: monet *O*
XII 11 et *BCω* : non *EOΣ* : nec *ς*

OVIDI NASONIS

aut ut dicatur, quae nunc correptius exit,
et sit porrecta longa secunda mora.
his ego si vitiis ausim corrumpere nomen, 15
ridear et merito pectus habere neger.
haec mihi causa fuit dilati muneric huius,
quod meus adiecto faenore reddet amor,
teque canam quacumque nota, tibi carmina mittam,
paene mihi puero cognite paene puer, 20
perque tot annorum seriem, quot habemus uterque,
non mihi, quam fratri frater, amate minus.
tu bonus hortator, tu duxque comesque fuisti,
cum regerem tenera frena novella manu.
saepē ego correxi sub te censore libellos, 25
saepē tibi admonitu facta litura meo est,
dignam Maeoniis Phaeacida condere chartis
cum te Pieriae perdocuere deae.
hic tenor, haec viridi concordia copta iuventa
venit ad albentis inlabefacta comas. 30
quaе nisi te moveant, duro tibi pectora ferro
esse vel invicto clausa adamante putem.
sed prius huic desint et bellum et frigora terrae,
invisus nobis quaе duo Pontus habet,
et tepidus Boreas et sit praefrigidus Auster, 35
et possit fatum mollius esse meum,
quam tua sint lasso praecordia dura sodali.
hic cumulus nostris absit abestque malis.
tu modo per superos, quorum certissimus ille est,
quo tuus adsidue principe crevit honor, 40
effice constanti profugum pietate tuendo,
ne sperata meam deserat aura ratem.
quid mandem, quaeris? peream, nisi dicere vix est;
si modo, qui periit, ille perire potest.

13 ducatur *B²⁵*: aut producatur *EHO⁵* 18 reddit *BH⁵*:
reddat ager *EO⁵* 19 nota] naia *G* 27 dignam *CH⁵*: dignum
BEO⁵ 28 pierides *T* 37 lapsō *H⁵* 42 sperata] spe||||| *G*

EX PONTO IV

nec quid agam invenio, nec quid nolimve velimve, 45
nec satis utilitas est mihi nota mea.
crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
et sensus cum re consiliumque fugit.
ipse, precor, quaeras, qua sim tibi parte iuvandus,
quoque viam facias ad mea vota vado. 50

XIII

O MIHI non dubios inter memorande sodales,
qui quod es, id vere, Care, vocaris, ave !
unde saluteris, color hic tibi protinus index
et structura mei carminis esse potest.
non quia mirifica est, sed quod non publica certe est : 5
qualis enim cumque est, non latet esse meam.
ipse quoque, ut titulum chartae de fronte revellas,
quod sit opus, videor dicere posse, tuum.
quamlibet in multis positus noscere libellis,
perque observatas inveniere notas. 10
prodent auctorem vires, quas Hercule dignas
novimus atque illi, quem canis ipse, pares.
et mea Musa potest, proprio deprena colore,
insignis vitiis forsitan esse suis.
tam mala Thersiten prohibebat forma latere, 15
quam pulchra Nireus conspiciendus erat.
nec te mirari, si sint vitiosa, decebit
carmina, quae faciam paene poeta Getes.
a, pudet, et Getico scripsi sermone libellum,
structaque sunt nostris barbara verba modis : 20
et placui (gratare mihi) coepique poetae
inter inhumanos nomen habere Getas.
materiam quaeris? laudes : de Caesare dixi.
adiuta est novitas numine nostra dei.

XIII 2 quiique quod es uere 5 5 quod non] quod nec 5 certe
(om. est) H5 12 ipse] esse EO5 23 interpunxit Gilbert, Jahrb.
f. kl. Ph. 1896, p. 62

OVIDI NASONIS

nam patris Augusti docui mortale fuisse
corpus, in aetherias numen abisse dormos :
esse parem virtute patri, qui frena rogatus
saepe recusati ceperit imperii :
esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum,
ambiguum nato dignior anne viro :
esse duos iuvenes, firma adiumenta parentis,
qui dederint animi pignora certa sui.
haec ubi non patria perlegi scripta Camena,
venit et ad digitos ultima charta meos,
et caput et plenas omnes movere pharetras,
et longum Getico murmur in ore fuit.
atque aliquis 'scribas haec cum de Caesare,' dixit
'Caesaris imperio restituendus eras.'
ille quidem dixit : sed me iam, Care, nivali
sexta relegatum bruma sub axe videt.
carmina nil prosunt. nocuerunt carm na quondam,
primaque tam miserae causa fuere fugae.
at tu, per studii communia foedera sacri,
per non vile tibi nomen amicitiae
(sic capto Latiis Germanicus hoste catenis
materiam vestris adferat ingeniis :
sic valeant pueri, votum commune deorum,
quos laus formandos est tibi magna datos),
quanta potes, praebe nostrae momenta saluti,
quaes nisi mutato nulla futura loco est.

xiv

HAEC tibi mittuntur, quem sum modo carmine questus
non aptum numeris nomen habere meis,

27 coactus Scaliger; cf. Suet. Tib. 24 48 quis laus formandis
est data magna tibi O 49 momenta 5: monumenta BCω

EX PONTO IV

in quibus, excepto quod adhuc utcumque valemus,
nil, me praeterea quod iuvet, invenies.
ipsa quoque est invisa salus, suntque ultima vota 5
 quolibet ex istis scilicet ire locis.
nulla mihi cura est, terra quo mittar ab ista,
 hac quia, quam video, gratior omnis erit.
in medias Syrtes, medium mea vela Charybdin
 mittite, praesenti dum careamus humo. 10
Styx quoque, si quid ea est, bene commutabitur Histro,
 siquid et inferius quam Styga mundus habet.
gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo,
 proxima Marticolis quam loca Naso Getis.
talia suscensem propter mihi verba Tomitae, 15
 iraque carminibus publica mota meis.
ergo ego cessabo numquam per carmina laedi,
 plectar et incauto semper ab ingenio?
ergo ego, ne scribam, digitos incidere cunctor,
 telaque adhuc demens, quae nocuere, sequor?
ad veteres scopulos iterum deuertar et illas, 20
 in quibus offendit naufraga puppis, aquas?
sed nihil admisi, nulla est mea culpa, Tomitae,
 quos ego, cum loca sim vestra perosus, amo.
quilibet excutiat nostri monimenta laboris: 25
 littera de vobis est mea questa nihil.
frigus et incursus omni de parte timendos
 et quod pulsetur murus ab hoste queror.
in loca, non homines, verissima crimina dixi.
 culpatis vestrum vos quoque saepe solum. 30
esset perpetuo sua quam vitabilis Ascræ,
 ausa est agricolæ Musa docere senis:
et fuerat genitus terra, qui scripsit, in illa,
 intumuit vati nec tamen Ascræ suo.

XIV 7 muter *O* 9 caribdim *B* 15 suscensem *C*: succen-
sent *B* 21 deuertar *BO*: deuertor *C* 31 miserabilis *H*
Ascræ *EO* exc. *Pol.* : cf. *A.* A. i. 28: ascre *BC* 33 at *5*

OVIDI NASONIS

quis patriam sollerte magis dilexit Vlixe? 35
hoc tamen asperitas indice docta loci est.
non loca, sed mores scriptis vexavit amaris
Scepsius Ausonios, actaque Roma rea est:
falsa tamen passa est aequa convicia mente,
obfuit auctori nec fera lingua suo. 40
at malus interpres populi mihi concitat iram
inque novum crimen carmina nostra vocat.
tam felix utinam quam pectore candidus essem!
extat adhuc nemo saucus ore meo.
adde quod Illyrica si iam pice nigrior essem, 45
non mordenda mihi turba fidelis erat.
molliter a vobis mea sors excepta, Tomitae,
tam mites Graios indicat esse viros.
gens mea Paeligni regioque domestica Sulmo
non potuit nostris lenior esse malis. 50
quem vix incolumi cuiquam salvoque daretis,
is datus a vobis est mihi nuper honor.
solus adhuc ego sum vestris inmunis in oris,
exceptis, si qui munera legis habent.
tempora sacra mea sunt velata corona, 55
publicus invito quam favor inposuit.
quam grata est igitur Latonae Delia tellus,
erranti tutum quae dedit una locum,
tam mihi cara Tomis, patria quae sede fugatis
tempus ad hoc nobis hospita fida manet. 60
di modo fecissent, placidae spem posset habere
pacis, et a gelido longius axe foret.

36 docta *B*: dicta *EHO*: nota *S* d. l. e.] doctus inest *C* 38
Scepsius *Scaliger*: septius *B* (*t in ras.*) *OS*: sceptius *C*: sepius *ES*:
celsius *H* 48 gratos *BCHS* 59 Tomis *BHS*: domus *C*: tomus
S: thomos *EOS*

EX PONTO IV

XV

Siquis adhuc usquam nostri non inmemor extat,
quidve relegatus Naso, requirit, agam :
Caesaribus vitam, Sexto debere salutem
me sciat. a superis hic mihi primus erit.
tempora nam miserae complectar ut omnia vitae, 5
a meritis eius pars mihi nulla vacat.
quae numero tot sunt, quot in horto fertilis arvi
Punica sub lento cortice grana rubent,
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
quot Sicyon bacas, quot parit Hybla favos. 10
confiteor : testere licet. signate Quirites !
nil opus est legum viribus, ipse loquor.
inter opes et me, parvam rem, pone paternas :
pars ego sum census quantulacumque tui.
quam tua Trinacia est regnataque terra Philippo, 15
quam domus Augusto continuata foro,
quam tua, rus oculis domini, Campania, gratum,
quaeque relicta tibi, Sexte, vel empta tenes :
tam tuus en ego sum, cuius te munere tristi
non potes in Ponto dicere habere nihil. 20
atque utinam possis, et detur amicius arvum,
remque tuam ponas in meliore loco !
quod quoniam in dis est, tempta lenire precando
numina, perpetua quae pietate colis.
erroris nam tu vix est discernere nostri 25
sis argumentum maius an auxilium.
nec dubitans oro: sed flumine saepe secundo
augetur remis cursus euntis aquae.
et pudet et metuo semperque eademque precari,
ne subeant animo taedia iusta tuo. 30

XV a requirit 5: requirat BC^{oo} 14 sim CE⁵ 21 mitius B²⁵

OVIDI NASONIS

verum quid faciam? res inmoderata cupido est
da veniam vitio, mitis amice, meo.
scribere saepe aliud cupiens delabor eodem:
ipsa locum per se littera nostra rogat.
seu tamen effectus habitura est gratia, seu me 35
dura iubet gelido Parca sub axe mori:
semper inoblita repetam tua munera mente,
et mea me tellus audiet esse tuum.
audiet et caelo posita est quaecumque sub ullo
(transit nostra feros si modo Musa Getas) 40
teque meae causam servatoremque salutis,
meque tuum libra norit et aere minus.

35

40

XVI

INVIDE, quid laceras Nasonis carmina rapti?
non solet ingeniis summa nocere dies,
famaque post cineres maior venit. et mihi nomen
tum quoque, cum vivis adnumerarer, erat.
cumque foret Marsus magnique Rabirius oris 5
Iliacusque Macer sidereusque Pedo;
et, qui Iunonem laesisset in Hercule, Carus,
Iunonis si iam non gener ille foret;
quique dedit Latio carmen regale Severus,
et cum subtili Priscus uterque Numa; 10
quique vel inparibus numeris, Montane, vel aequis
sufficis, et gemino carmine nomen habes;
et qui Penelopae rescribere iussit Vlixem
errantem saevō per duo lustra mari;

5

10

38 audiat BC 39 illo ♂ 42 minus] magis ♂; sed recte enarr-
auit Gronouius, Observat. ii. 1 'Tuus libra et aere minus, uidetur
puiche dictum, ut sit, Tuus tantum non mancipio.' Cf. Manil. i. 778
tuue . . . manus Rappold nouerit ere E
XVI 4 tunc E♂ 5 cum foret et M. H♂ 8 non iam EO
13 ulixen ♂

EX PONTO IV

quique suam Troesmen imperfectumque dierum 15
 deseruit celeri morte Sabinus opus ;
 ingeniique sui dictus cognomine Largus,
 Gallica qui Phrygium duxit in arva senem ;
 quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiam ;
 quique sua nomen Phyllide Tuscus habet ; 20
 velivolique maris vates, cui credere posses
 carmina caeruleos conposuisse deos ;
 quique acies Libycas Romanaque proelia dixit ;
 et Marius scripti dexter in omne genus ;
 Trinacriusque suae Perseidos auctor, et auctor 25
 Tantalidae reducis Tyndaridosque Lupus ;
 et qui Maeoniam Phaeacida vertit, et une
 Pindaricae fidicen tu quoque, Rufe, lyrae ;
 Musaque Turrani tragicis innixa coturnis ;
 et tua cum socco Musa, Melisse, levi ; 30
 cum Varius Graccusque darent fera dicta tyrannis,
 Callimachi Proculus molle teneret iter,
 Tityron antiquas pastorem exciret ad herbas
 aptaque venanti Grattius arma daret ;

15 Troesmen (*Troesmin Ehwald, Jahresb. 1901, p. 187*) scripsi : carmine epico celebrasse urbem Troesmen a Flacco super receptam significatur; cf. ix. 79. urbs Τροιης ap. Procop. de aed. 4. II Τροιης ap. Ptolemaeum iii. 10. II vocatur; uid. C. I. L. iii. 1, p. 145; iii. n. 4775 'orde Troesmen(sium)'. trisonem B: trisoī C: troilem B²: troecen O: troadem H⁵: troesen exc. Pol.: troezen E: trezenēt⁵: Troezena Itali (cf. Eur. Hipp. 1159, 1424): Thresseni Herte, Epistulam Herus ad Leandrum intelligens; cf. Hennig, de P. Ou. Nas. sodalibus (Vratisl. 1883), p. 40: Chrysene Roepel 21 uates] nomen Merkel, apd Ibin, p. 377 24 marius scriptor C: scriptor marius B [dexter] promptus EO⁵ 25 Peneidos Ehwald, Jahresb. (1885), p. 140 27 ecateida B: aeacida C, cf. xii. 27: hecateida E une BH Ehwald, Kr. B. p. 50: uni C: ime Lipsiensis: una ω 30 leui H Heinsius: leuis BCω 31 uarius B²E⁵: uarus BO⁵: uariis C graccusque B Ehwald, Kr. B. p. 72: gracchusque 5: gratusque CES 33 pastorem exciret conieci. Gratti Bucolica deperdita respexit. passerque rediret BC: recubasse refertur //t et erat qui gigneret B² Tityron antiquas rursus reuocaret ad herbas Madvig, Adu. ii, p. ii: Tityrus antiquas et erat qui pasceret herbas EHO⁵ 34 gratius coddi.

EX PONTO IV

Naidas a Satyris caneret Fontanus amatas, 35
 clauderet inparibus verba Capella modis ;
 cumque forent alii, quorum mihi cuncta referre
 nomina longa mora est, carmina vulgus habet ;
 essent et iuvenes, quorum quod inedita cura est,
 adpellandorum nil mihi iuris adest 40
 (te tamen in turba non ausim, Cotta, silere,
 Pieridum lumen praesidiumque fori,
 maternos Cottas cui Messallasque paternos,
 Maxime, nobilitas ingeminata dedit)
 dicere si fas est, claro mea nomine Musa 45
 atque, inter tantos quae legeretur, erat.
 ergo summotum patria proscindere, Livor,
 desine, neu cineres sparge, cruentę, meos.
 omnia perdidimus : tantummodo vita relicta est,
 praebeat ut sensum materiamque mali. 50
 quid iuvat extinctos ferrum demittere in artus ?
 non habet in nobis iam nova plaga locum.

39 cura cod. Thuanei: cā E: causa BCeo: musa 5 43 fratremos
 C 44 maxime BC: maxima Beo 51 demittere ~~odd. iett.~~:
 dimittere codd.

HALIEVTICON LIBER

SIGLA

A = Vindobonensis 277, saecl. ix
B = Parisinus 8071, saecl. ix exeuntis

HALIEVTICON LIBER

Inscriptio Versus Ouidi de piscibus et feris AB i praecepit
Birt
a sic namque Sannazarius: sic manuq; minatur A: que
manu quemiratur B: sic manca minatur Vollmer 4 dammatte AB,
corr. Sannazarius fugiunt et AB, et del. Sannazarius 5 seurpius
A: scurpius B 6 concussisque Sannazarius: cum cursiq; AB
7 ignotae Sannazarius: sic nocte AB 8 perniciemque Birt
10 sin initium mutili uersus habet A, in margine ponit B; lacunam
explere possit si nassae in patulas fraudes de uimine textas
11 adsumptamque Sannazarius: adsumptaque AB Riese: adsumptaque
Vlittius escan A: esca Riese 13 sub] sed Achilles Status
15 alias Birt dum praenatato Heinsius: dampro natatore 17 ligati
dum pronata retro B: dum pronata extra Pithous
conieci: lita A: ita B: ita tandem Heinsius 18 tutor conieci,
cf. T. iii. 10. 49: uber AB: liber Heinsius: uindex Schenkl cuae
Heinsius: qu: A: quem B resultat Vlittius: resultat AB tutor
... resultat] donec ... resultat Birt

OVIDI NASONIS

deprena est (iamiamque manus timet hilla rapacis), 20
 inficiens aequor nigrum vomit illa cruorem
 avertitque vias oculos frustrata sequentis.
 clausus rete lupus, quamvis inmitis et acer,
 dimotis cauda summissus sidit harenis
 in auras 25
 emicat atque dolos saltu deludit inultus.
 et muraena ferox, terret sibi conscientia tergi,
 ad laxata magis conixa foramina retis
 tandem per multos evadit lubrica flexus
 exemploque nocet: cunctis iter invenit una. 30
 at contra scopolis crinali corpore segnis
 polypus haeret et hac eludit retia fraude,
 et sub lege loci sumit mutatque colorem
 semper ei similis quem contegit, atque ubi praedam
 pendentem saetis avidus rapit, hic quoque fallit, 35
 elato calamo cum demum emersus in auras
 brachia dissolvit populatumque exspuit hamum.
 at mugil cauda pendentem everberat escam
 excussamque legit. lupus acri concitus ira
 discrus fertur vario fluctusque ferentes 40
 prosequitur quassatque caput, dum vulnere saevus
 laxato cadat hamus et ora patentia linquat.
 nec proprias vires nescit muraena nocendi,
 auxilioque sui morsu nec communis acri

20 *hilla* *Birt*: illa *AB* rapetis *AB*, corr. *Sannazarius* 21 *illa*
 cuoreo *Sannazarius*: illac *spatio relicto A*: illat (sscr. c) *B* 22 sidit
Pantagathus: redet *A*: ridet *B* 25 lacunam *expluit* *Birt* in:
 foueaque iacens, ubi rete leuat 26 astu *Birt* deludit *San-*
nazarius: diludit *AB* 27 et more ferox etreti *AB*, corr. *Sannazarius*
tergi Sannazarius: teri *AB* 28 conixa *Riese*, *Schenkl* (*Philol.* xxii.
 540): connexat (*deleto altero n*) *A*: connexat *B*: conuxa *Haupt*
foramina Sannazarius: formi *AB* 30 exemplo qui *AB*, corr.
Sannazarius iter inuenit *Bersmann*: interuenit *A*: inter uiennit *B*
 32 haec *AB*, corr. *Sannazarius* 33 et sub] pressus *Birt* ut...
 sumat mutetque *Hemsterhuys* 34 contigit *B* 38 et *B* 39 ira]
 aere *Birt* 40 discrus *Sannazarius*: discussu *A*: discussus *B*
 44 auxiliumque suum *Postgate*: auxiliique sui *Haupt*

HALIEVTICON LIBER

45

deficit aut animos ponit captiva minacis:

 anthias his tergo quae non videt utitur armis,
 vim spinae novitque suae versoque supinus
 corpore lina secat fixumque intercipit hamum.
 cetera, quae densas habitant animalia silvas,
 aut vani quaunt semper lymphata timores 50
 aut trahit in praeceps non sana ferocia gentis.
 ipsa sequi natura monet vel comminus ire.
 inpiger ecce leo venantium sternere pergit
 agmina et adversis infert sua pectora telis,
 quoque venit fidens magis et sublatior ardet 55
 concussitque toros et viribus addidit iram,
 procidit atque suo properat sibi robore letum.
 foedus Lucanis provolvitur ursus ab antris,
 quid nisi pondus iners stolidaeque ferocia mentis?
 actus aper saetis iram denuntiat hirtis, 60
 et ruit oppositi nitens in vulnera ferri,
 pressus et emisso moritur per viscera telo.
 altera pars fidens pedibus dat terga sequenti,
 ut pavidi lepores, ut fulvo tergore dammae
 et capto fugiens cervus sine fine timore. 65
 hic generosus honos et gloria maior equorum,
 nam capiunt animis palmam gaudentque triumpho.

45 post hunc uersum excidisse aliquid sensit *Birt* qui lacunam ita
 explexuit amplius os hamo uorat eroditque ita linum 46 his] in
Vollmer; sed cf. *Iuuenal.* vi. 532, vii. 41 uidet *Sannazarius*: uidit
AB 47 nouitque *Sannazarius*: mouet quae *A*: uomet que *B*
 49 cetera...siluas *Sannazarius*: et cetera...silus *AB* 51 gentis
 conieci; cf. *Verg. Geor.* iii. 73 mestes *A*: me//s *B*: martis *Haupt*:
 mentis *Sannazarius* 52 ipsa] saepa *Birt* 55 quodque *B*:
 quomque *Schenkl* sublatior *Sannazarius*: sibi latior *AB* ardi
 56 addidit *Sannazarius*: addit *AB* 57 procidit *Burmann*:
 prodedit *AB*: proruit *Gesner*: prodigit (*sc. uires*) *Vollmer* 58 ursus
Sannazarius: orsus *AB* 59 stolidique *AB*, corr. *Sannazarius*
 61 et ruit *Vlitius*: seruit *AB*: se ruit *Vollmer* 64 demmae *A*:
 demeq, *B*, corr. *Sannazarius* 65 post hunc uersum iteratur u. 52 in
AB 65 ceruus *Sannazarius*: aceruuus *AB* 66 hinc *Hennius*
 67 cupiunt *Birt*

21*

OVIDI NASONIS

seu septem spatiis Circo meruere coronam,
nonne vides victor quanto sublimius altum
adtollat caput et vulgi se venditet aureae? 70
celsave cum caeso decorantur terga leone,
quam tumidus quantoque venit spectabilis actu
conpescitque solum generoso concita pulsu
ungula sub spoliis graviter redeuntis opimis!
quid laus prima canum? quibus est audacia paeceps 75
venandique sagax virtus viresque sequendi,
quae nunc elatis rimantur naribus auras
et nunc demisso quaerunt vestigia rostro
et produnt clamore feram dominumque vocando
increpitant: quem si conlatis effugit armis, 80
insequitur tumulosque canis camposque per omnes.
noster in arte labor positus, spes omnis in illa.
nec tamen in medias pelagi te pergere sedes
admoneam vastique maris temptare profundum:
inter utrumque loci melius moderabere finem. 85

aspera num saxis loca sint (nam talia lento
deposita calamos, at purum retia litus),
num mons horrentes demittat celsior umbras
in mare (nam varie quidam fugiuntque petuntque),
num vada subnatis imo viridentur ab herbis 90
obiectetque moras et molli serviat algae.
discripsit sedes varie natura profundi

70 aureae *Sannazarius*: aurate *AB* 73 conpescitque *Riese*:
conspicatque *AB*: conquassatque *Haupt*: conspicatque *Sannazarius*
74 ungula sub spoliis *Sannazarius*: uinculas ab spoliis (abs polus *B*)
AB 75 quid *Sannazarius*: qui *AB*: quae *edd. uett.* 77 auras
Sannazarius: aurara *AB*: auram *Haupt* 78 at *Vollmer* 80 quae
Vitius 85 post hunc uersum excidit nonnihil. suppleuit *Birt* pisces
obserues quid ament ac dona locorum 85 loci *Sannazarius*: cocci
AB: quoci *B* funem *Vitius*: linum *Merkel* 86 sint nam *San-*
nazarius: sin *AB* 87 puerum *AB*, corr. *Sannazarius* 89 quae-
dam *Birt* 90 post hunc uersum lacunam statuit itaque suppleuit
Birt gurgite et ut conchae piscis pascatur inertes 91 obiectetque
(sc. imum) *Heinsius*: obiectetque *A*: ////////////// que *B* algae *San-*
nazarius: algate *AB* 92 d. scripsit *B* uariae *A*

HALIEVTICON LIBER

nec cunctos una voluit consistere pisces.

nam gaudent pelago quales scombrique bovesque,
hippuri celeres et nigro tergore milvi
et pretiosus elops, nostris incognitus undis,
ac durus xiphias, ictu non mitior ensis,
et pavidi magno fugientes agmine thynni,
parva echenais (at est, mirum, mora puppibus ingens)
tuque, comes ratium tractique per aequora sulci,
qui semper spumas sequeris, pompile, nitentes,
cercyrosque ferox, scopulorum fine moratus,
cantharus ingratus suco, tum concolor illi
orphos, caeruleaque rubens erythrinus in unda,
insignis sargusque notis, insignis et alis,
et super aurata sparulus cervice refulgens,
et rutilus phager, et fulvi synodontes, et ex se
concipiens channe, gemino sibi functa parente,
tum viridis squamis, parvo saxatilis ore,
et rarus faber, et pictae mormyres, et auri
chrysophrys imitata decus, tum corporis umbrae
liventis rapidique lupi percaeque tragique,
quin laude insignis caudae melanurus, et ardens
auratis muraena notis merulaeque virentes
inmitisque suae gonger per vulnera gentis,

95 milui *AB*: iuli *Lachmann, Lucret.* p. 379 ex *Plin. N. H.* xxxii. § 152
 96 helops *A* 98 thinni *A* : dunni *B* 99 echenais *Sannazarus*:
echena ir *A* : et *hena* ir *B*; cf. *Lucan* vi. 675, *Plin. N. H.* ix.
 § 79 at est *Haupt*: adest *AB* 100 comis *AB*, corr. *Sannazarus*
 101 pomphile *A* : pomphbi *B* 102 moratur *AB*, corr.
Sannazarus 104 orphas *AB*, corr. *Sannazarus* 105 et
 alis] julius *Birt*; cf. *Plin. N. H.* xxxii. § 152 107 phager *Haupt*:
 pagur ed. *Logi a.* 1534 : harcer *A* : arcer *B* synodontes *Sannazarus*:
synodontes *A* : sino dentes *B* 108 channe *Sannazarus*:
 channem *AB* functa *Haupt* (*qui gemini uice functa parentis conieciunt*):
 fundata *AB*: sine facta *Schenkl*: sic functa *Edwards*: g. fraudata
edd. uett. 110 raru fauer *AB*, corr. *Sannazarus* murmires *AB*,
 corr. *Sannazarus* 112 percateque *AB*, corr. *Sannazarus*
 114 munera *AB*, corr. *Sannazarus* merulaeque *Sannazarus*: mero-
 lateque *A* : merelateque *B* 115 imitisq; *AB*: infamisque *Haupt*,
Op. i. 209 conger *Sannazarus*: cancer *AB* gentes *AB*, corr.
Sannazarus: genti *Vollmer* sui . . . dentis *Vitruvius*

HALIEVTICON LIBER

et captus diro nociturus scorpios ictu,
ac numquam aestivo conspectus sidere glaucus.

at contra herbosa pisces laetantur harena,
ut scarus, epastas solus qui ruminat escas,
fecundumque genus maenae, lamiroque smarisque,
atque immunda chromis, merito vilissima salpa,
atque avium phycis nidos imitata sub undis,
et squamas tenui suffusus sanguine nullus,
fulgentes soleae candore, et concolor illis
passer, et Hadriaco mirandus litore rhombus.
tum lepores lati, tum molles tergore ranae,
extremi pareuc. 125

lubricus et spina nocuus non gobius ulli,
et nigrum niveo portans in corpore virus
lolligo durique sues sinuosaque caris,
et tam deformi non dignus nomine asellus,
tuque peregrinis acipenser nobilis undis.

reliqua perierunt

116 captus *Ciacconus*: capitis *AB* diro *Birt*: duro *AB* noxiturus
AB, corr. *Sannazarus* scorpio *AB*, corr. *Sannazarus* 117 stiuo
AB, corr. *Sannazarus* 118 laetantur *Vlittus*: laxantur *AB*
 119 carus ... ruminet *AB*, corr. *Sannazarus* 120 maenae *Sannazarus*: menate *AB* 121 inunda *AB*, corr. *Sannazarus* 122
 phycis *Vlittus*; cf. *Plin. N. H.* ix. § 81: dulces *AB* 123 squamas
Ciacconus; cf. *Plin. N. H.* ix. § 66: squa *AB*: squalus et *Sannazarus*:
 squatus et *Vlittus*: squatina et *Birt* 124 soleate *AB*, corr. *Sannazarus* concolor illis *Heinsius*: concolori *AB* 126 tum *Birt*:
 tunc *AB* epodes *add. uett.* lati *Sannazarus*: leti *AB* ranae
Sannazarus: rante *A*: rantte *B* 127 uersus mutilius : lacunam
 ita expluit *Birt* ex *Oppian. Hal.* 87 extremitu aspectu taeter quibus oris
 hiatus. post hunc uersum duorum uersuum interuallum habet *A*
 130 ulli *Vollmer*: ullus *A*: ulla *B* 131 post hunc uersum unius
 uersus interuallum habet *A* 134 acipenser *Sannazarus*: accipiens
 er *AB*

C. PLINI SECUNDI NATURALIS HISTORIA XXXII

M^IH^I videtur mira et quae Ovidius prodidit piscium in- a (5) § 11 genia in eo volumine, quod Halieuticon inscribitur : scarum inclusum nassis non fronte erumpere nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudae ictibus crebris laxare fores atque ita retrorsum repere, quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, adprehensa mordicus cauda adiuvare nisus erumpentis ; lupum rete circumdatum harenas arare cauda atque ita condi, dum transeat rete ; muraenam § 12 maculas adipetere ipsas consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare, donec evadat ; polypum hamos adipetere brachiisque complecti, non morsu, nec prius dimittere, quam escam circumroserit, aut harundine levatum extra aquam. scit et mugil esse in esca hamum insidiasque non ignorat, aviditas tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat cibum. minus in providendo lupus sollertiae habet, sed § 13 magnum robur in paenitendo. nam is, ut haesit in hamo, tumultuoso discursu laxat volnera, donec excidant insidiae. muraenae amplius devorant quam hamum, admovent dentibus lineas atque ita erodunt. anthias tradit idem infixo hamo invertere se, quoniam sit in dorso cultellata spina, eaque lineam præsecare.

§ 13 anthias *Vrlich*, *Vind. Plin.* p. 705 ; cf. *Plin. ix. 182* : anthiam *Gesner* : pithias aut phithias *codd.*

PLINI SECUNDI NAT. HIST. XXXII

54 § 152 His adiciemus ab Ovidio posita animalia, quae apud neminem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascentia, ubi id volumen supremis suis temporibus inchoavit: bovem, cercyrum in scopulis viventem, orphum rubentemque erythinum, iulum, pictas mormyras aureique coloris chrysophrym, praeterea percum, tragum et placentem cauda melanurum, § 153 epodas lati generis. praeter haec insignia piscium tradit: channen ex se ipsam concipere, glaucum aestate numquam apparere, pompilum, qui semper comitetur navium cursus, chromin, qui nidificet in aquis. helopem dicit esse nostris incognitum undis, ex quo appetet falli eos, qui eundem acipenserem existimaverint.

§ 152 animalia *Birt, de Halieut.* p. 46: nomina codd.: nomina nascentium *Haupt* cercyrum *Gesner*: pergyrum codd. chrysophrym *Gesner*: chrysophryri *Bambergensis* percum *Broterius*, cf. *Ouid. Hal.* 112: parum codd.: sparum *Haupt*; cf. *Ouid. Hal.* 106 epodas] lepores *Birt, Halieut.*, p. 118, recte, opinor cauda melanurum *Gesner*: caudam labrum *Bambergensis* § 153 pompilum *Herm. Barbarus*: pompium codd.

P. OVIDI NASONIS OPERVM
DEPERDITORVM FRAGMENTA

MEDEA

I

Quintil. Instit. Or. VIII. 5. 6 : Nam, cum sit rectum, ‘nocere facile est prodesse difficile,’ vehementius apud Ovidium Medea dicit servare potui: perdere an possim, rogas?

II

Seneca Suasor. III. 7 : Esse autem in tragoeadia eius (sc. Ovidii) feror huc illuc, ut plena deo.

EPIGRAMMATA

III

Priscianus V. 13, Gramm. Lat. Keil. II, p. 149, 14 : Ovidius in Epigrammatis

Larte ferox caeso Cossus opima tulit.

IV

Quintil. Instit. Or. IX. 3. 70 : apud Ovidium ludentem cur ego non dicam, Furia, te furiam?

V

Quintil. Instit. Or. XII. 10. 75 : Lana tincta fuco citra purpuram placet;

at si contuleris eam, lacernae conspectu melioris obruetur,

ut Ovidius ait.

V eam *Heinsius*: etiam *codd.*

OVIDI NASONIS

PHAENOMENA

VI

Probus in Verg. Georg. I. 138 : Ovidius in Phaenomenis dicens
de Perseo

Pliades ante genus septem radiare feruntur,
sex tamen apparent, sub opaca septima nube est.

VII

Lactant. Inst. Div. II. 5 : is (Naso) eum librum, quo Φαινόμενα bre-
viter comprehendit, his tribus versibus terminavit :

Tot numero talique deus simulacra figura
inpositus caelo perque atras sparsa tenebras
clara pruinosae iussit dare lumina nocti.

PRIAPEVM

VIII

Priapeum III:

Obscure poteram tibi dicere 'da mihi, quod tu
des licet assidue, nil tamen inde perit.

da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
cum tenet obsessas invida barba genas,

quodque Iovi dederat, qui raptus ab alite sacra
miscet amatori pocula grata suo,

quod virgo prima cupido dat nocte marito,
dum timet alterius vulnus inepta loci.'

simplicius multo est 'daedicare' Latine
dicere : quid faciam ? crassa Minerva mea est.

5

10

Ovidi esse testatur Seneca *Contr. I. 2. 22.*

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

IX

Servius ad Verg. Georg. IV. 495 : Ovidius
bis rapitur vixitque semel.

VI sex *Heinsius* : sed *codd.* : est *add. Heinsius*
VIII 4 teget *Aldina*

FRAGMENTA

X

Porphyryion ad Hor. Carm. II. 5. 20 : Gyges] de huius pueri pulchritudine etiam Ovidius locutus est.

XI

Paulus Festi Epit., p. 437, 7 Lindsay (p. 327, 4 M.) : Ovidius nymphaeque salaces.

XII

Plinius N. H. XXX. 12. 33 : Anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto. huius medicinae auctor est Ovidius poeta.

-Ovidium Plinius in indicibus auctorum libr. XVIII XXIX XXXI XXXII nominat.

XIII

Martial. II. 41, 1 sq. :

‘ride, si sapis, o puella, ride’
Paelignus, puto, dixerat poeta.

ad Artis Amatoriae III. 281 ‘quis credat? discunt etiam ridere puellae’ ac fortasse ibid. III. 513 ‘ridenti mollia ride’ respexit.

XIV

Scriptor de dub. nomin., Gramm. Lat. Keil. V, p. 576, 6 :
Ovidius

currus crystallo lucidus albo.

XV

Id. p. 592, 27 : Ovidius
innumerosque vehes.

XVI

Charisius, Gramm. Lat. Keil. I, p. 550, 17 : Ovidius singulariter viscere diviso.

XIV albo *Haupt*: alba *codd.*

OVIDI NASONIS

CONTROVERSIA

XVII

Seneca Contr. II. 2. 9-11 : Haec illo (Nasone) dicente excepta memini :

Quicquid laboris est in hoc est, ut uxori virum et uxorem viro diligere concedas. necesse est deinde iurare permittas, si amare permiseris. quod habuisse nos ius- iurandum putas? tu nobis religiosum nomen fuisti: si mentiremus, illa sibi iratum patrem invocavit, ego socerum. parce, pater: non peieravimus. ecce obiurgator nostri quam effrenato amore fertur! queritur quemquam esse filiae praeter se carum. quid est quod illum ab indulgentia sua avocet? di boni, quomodo hic amavit uxorem! amat filiam et abdicat; dolet periclitatam esse et ab eo abducit, sine quo negat se posse vivere; queritur periculum eius, qua paene caruit hic, qui amare caute iubet. facilius in amore finem inpetres quam modum. tu hoc optinebis, ut terminos quos adprobaveris custodian, ut nihil faciant nisi considerate, nihil promittant nisi ut tu vis facturi, omnia verba ratione et fide ponderent? senes sic amant, pauca nosti, pater, crimina: et litigavimus aliquando et cecidimus et, quod fortasse non putas, peieravimus. quid ad patrem pertinet, quod amantes iurant sibi credere? nec ad deos pertinet. non est quod tibi placeas, uxor, tamquam prima peccaveris: perit aliqua cum viro, perit aliqua pro viro; illas tamen omnis aetas honorabit, omne celebrabit ingenium. fer, sacer, felicitatem tuam. magnum tibi quam parvo constat exemplum! in reliquum, ut iubes, diligentiores facti sumus; errorem nostrum confitemur; exciderat iurantibus esse tertium, qui magis amaret. sic, di, sit semper. perseveras, sacer? recipe filiam: ego qui peccavi poena dignus sum; quare uxori notae causa sim, socero orbitatis?

FRAGMENTA

discedam e civitate, fugiam, exulabo, utcumque potero desiderium misera et crudeli patientia perferam : morerer, si solus moriturus essem !

DVBIA

XVIII

Primasius Comment. Epist. ad Hebr. 11 Saecula vero, ut Ovidius Naso dicit, dicuntur a sequendo, eo quod sese sequantur atque revolvantur, teste Varrone.

XIX

Servius ad Verg. Georg. I. 43 : Quintilis et Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti : unde sunt Iulius et Augustus. sic Ovidius in Fastis.

XX

Schol. Bern. ad Verg. Ecl. III. 105 : Item caeli spatium Ovidius Naso <putei> orificium ait, quia tantum caelum patere videtur, quantum orificium patet.

XVIII 'Cf. Hauptius Opusc. III. 428 ; dubiae certe fidei hoc fr. ; et Vsenerus de Opilio cogitauit' Bahrrens, *Fragmenta Poetarum Latinorum*, p. 350

XIX *Haec ad imperfectas alterius Fastorum partis reliquias fortasse spectant.*

XX Ovidius Naso] Oledius Nasso codd. Philargyrii ad *Verg. Ecl. III.* 105, p. 69, ed. Hagen. Cf. Ehwald, *Symb. i. 3* putei add. Hagen

Plane perierunt : Gigantomachia (Am. II. 1. 11-16), Epicedion scriptum in M. Valerium Messallam (ex Ponto I. 7. 27 sqq.), Epithalamium Paulo Fabio Maximo dictum (ex P. I. 2. 131), carmen in Tiberi de Panonia triumphum (ex P. III. 4, cf. II. 5. 27), carmen Getico sermone con-

OVIDI NASONIS FRAGMENTA

scriptum, quo Tiberi laudes praedicabantur (ex P. IV. 13. 19 sqq., cf. Trist. III. 14. 48), Epicedion in principis Augusti mortem (ex P. IV. 6. 17 sqq. ; 9. 131 sqq.), denique liber in malos poetas, quem ex tetrastichon Aemilii Macri carmine Ovidium composuisse Quintilianus Instit. Or. VI. 3. 96, auctor est.

INDEX NOMINVM

Litteris T. Tristia, Ib. Ibis, P. libri ex Ponto, H. Halieutica, Fr. Fragmenta significantur: nomina a poeta tacite indicata uncis includuntur, aut litteris inclinatis exhibentur.

- | | |
|--|--|
| <p>Abantiades <i>Perseus</i> Ib. 461.
 Abdera Ib. 465.
 absinthum in Tomitana regione
 nascitur T. v 13. 21. P. iii 1. 23;
 8. 15.
 Absyrtus <i>Medeae frater</i> T. iii 9. 6.
 Ib. 434.
 Abydenea urbs T. i 10. 28; aqua
 (Ib. 588).
 Accius <i>poeta</i> T. ii 359.
 <i>Aerranorum senatus</i> Ib. 387.
 <i>Achaei ad Ponti litus habitantes</i>
 (<i>cf. Plin. N. H.</i> iv 82) P. iv 10.
 27.
 Achaemenides Ib. 413. P. ii 2.
 25.
 Achaeus vates Ib. 539. <i>Andromachi filius</i> Ib. 297.
 Achilles T. iv 1. 15; v 1. 55.
 Ib. 625. P. i 7. 51. (<i>Aeacides</i>
 Ib. 373). Achillis P. i 3. 74.
 Achillem T. ii 411. Achille
 abl. T. i 9. 29; iii 5. 37. P. iii
 3. 43.
 Achilleus: Achilleo more T. i 1.
 100. Achilleos equos T. iii 4.
 28; v 6. 9. Achillea humo (<i>i.q.</i>
 <i>Tauricae cheronesi</i> regione) Ib.
 328.
 Achillides <i>Pyrhus rex</i> Ib. 299.
 Achivus : telluris Achivae P. i 4.
 33.
 Acontius T. iii 10. 73.
 Actaeon T. ii 105. (<i>Ib. 477.</i>)
 Actaeus (<i>Atticus</i>): arcis Actaeae
 P. iv 1. 31. Actaea humo Ib.
 334.
 Actorides <i>Patroclus</i> T. i 9. 29.
 Admetus : Admeti uxor (<i>Alcestis</i>) </p> | <p>T. v 14. 37. P. iii 1. 106.
 Admeti socer (<i>Pelias</i>) Ib. 440.
 <i>Adonis</i> Ib. 563.
 Adrastus P. i 3. 79.
 Aeacides <i>Achilles</i> Ib. 373. P. ii
 3. 41. Aeacide P. ii 4. 22.
 <i>Pyrhus</i> Ib. 303.
 Acacus Ib. 186.
 Aeetes : Aeetae P. iii 1. 120.
 Aegaeus : Cycladus Aegaeas T.
 i 11. 8.
 <i>Aegeus</i> (Ib. 493).
 Aegides <i>Theseus</i>: Aegidae P. ii
 6. 26. Aegiden T. v 4. 26.
 Aegisos urbs <i>Moesiae</i> P. i 8. 13;
 iv 7. 21, 53. <i>eius conditor</i> P. i
 8. 14.
 Aegisthus : Aegisthi T. ii 396.
 Aegyptus: Aegypti Ib. 176. P. iii
 1. 121.
 Aeneades: Aeneaden (<i>Augustum</i>)
 P. i 1. 35. Aeneadum genetrix
 T. ii 261, 262. Aeneadum vati
 P. iii 4. 84.
 Aeneas : Aeneae P. i 1. 33.
 Aenean T. i 2. 7. Aenea P. iii
 3. 62.
 Aeneis <i>Vergili</i> T. ii 533.
 Aeolides <i>Salmoneus</i> Ib. 471.
 Aeolius : Aeoliae Helles T. i 10.
 15.
 Aeolus T. i 4. 17.
 Aerope T. ii 391.
 <i>Aesculapius</i> Dexiones pater Ib.
 468.
 Aeson P. i 4. 23, 46.
 Aesonides <i>Iason</i> P. i 4. 36.
 Aethalis Ilva P. ii 3. 84.
 Aethalos Ib. 619. </p> |
|--|--|

INDEX NOMINVM

- Aethra Ib. 575.
 Aetna Ib. 596. Aetnae T. v 2. 75.
 Aetnaeus Polyphemus P ii 2. 113.
 pastor Ib. 267. Aetneaea flamma
 P. ii 10. 23.
 Africa P. iv 15. 9.
 Agamemno : Agamemnonis P. iii
 1. 121. Agamennona P. iv 8.
 51. Agamennone T. v 6. 25.
 P. ii 6. 25.
 Agamemnonius Orestes Ib. 525.
 Agenor: Agenore natus (*Cadmus*)
 P. i 4. 37.
 Agenorides Cadmus P. i 3. 77.
 Agrius *Thersitae pater* (*cf.* Apol-
 lodor. i 8. 6) P. iii 9. 9.
 Ajax *Oilei filius* (Ib. 339). *Tela-
 monis filius* P. iv 7. 41.
 Albanus : Albana arva P. i 8. 67.
 Albinovanus *Pedo, poeta : ad eum
 missa est* P. iv 10 : Albinovane
 P. iv 10. 4.
 Alcathoi moenia *Megara* T. i 10.
 39.
Alciabides, Cliniae filius (Ib. 631).
 Alcides *Hercules* P. iv 8. 62.
 Alcinous : Alcinoi P. ii 9. 42.
 Alcinoo P. iv 2. 10.
Alcmæon Callirhoes maritus (Ib.
 346).
 Aleia arva Ib. 255.
 Aleuas Ib. 321. sanguis Aleuae
 (*Scopas*) Ib. 509.
Alexander Magnus Ib. 296. Alex-
 andri urbs T. i 2. 79.
 Allia Ib. 217.
 Alpes P. i 5. 22.
 Alpinus (*adi.*) P. iv 7. 6.
 Althaea Ib. 599.
 Amaryllis T. ii 537.
 Amastriacæ oræ (*Amastris, urbs
 Ponti*) Ib. 327.
 Amazonia securis P. iii 1. 95.
 Ambraciæ viae Ib. 302.
 Amor P. i 4. 42 ; iii 3. 13. Amoris
 T. v 1. 22.
 Amphiaraus P. iii 1. 52 (Talai-
 gener Ib. 352).
Amphion Ib. 581.
 Amyntiades *Philippus Macedo-
 niae rex* Ib. 293.
- Amyntorides *Phoenix* Ib. 257.
Anacreon T. ii 364.
Anapus flumen Siciliae P. ii 10. 26.
 Anaxarchus *Abderites* Ib. 569.
 Anchialus *oppidum Thraciae* T. i
 10. 36.
 Anchises T. ii 299.
 Annales *Enni postæ* T. ii 259.
 Anser *poeta* T. ii 435.
 Antaeus Ib. (391), 393, 397.
Antenor Phrygius senex P. iv 16.
 18.
Anticlus Ib. 567.
 Anticyra P. iv 3. 54.
Antigone T. iii 3. 67. Ib. 259.
Antimachus Clarius poetæ T. i
 6. 1.
 Antiphates P. ii 2. 114. Anti-
 phaten P. ii 9. 41.
 Antonius : Antoni scripta P. i
 1. 23.
 Anyti reus *Socrates* T. v 12. 12.
 Ib. 557.
 Aonius (*adi.*) *Boeotius hospes
 (Hercules)* Ib. 391. fons P. iv
 2. 47. Aoniae sorores T. iv
 10. 39.
Apelles P. iv 1. 29.
 Aphidantes Ib. 325.
 Apollineus (*adi.*) : *Apollinea arte*
 T. iii 3. 10. Ib. 262.
 Apollo T. i 2. 5. P. iv 8. 75.
 Apollinis urbs (*Apollonia*) T. i
 10. 35. Apolline T. v 3. 57 ;
 12. 15. *Apollinis Palatini tem-
 plum* T. iii 1. 60.
 Appia via P. i 8. 68 ; ii 7. 44.
 Aquilo *ventus* : Aquilonis T. iii
 10. 17. Ib. 11. 199. Aquilone
 T. i 11. 19. Aquilonibus T. iii
 10. 53.
Archemorus Ib. 481.
Archilochus Ib. 52, 519.
Arctos sidus T. i 3. 48. Ib. 472.
 Arcto T. i 2. 29 ; iii 10. 11 ; v
 5. 39.
Arcturus sidus P. ii 7. 58.
Arethusa P. ii 10. 27.
Argo navis T. ii 439. (Ib. 264.)
 Argolicus : Argolici Orestæ T. i
 9. 27. Argolica classe T. i 1.

INDEX NOMINVM

83. urbe P. i 3. 70. Argolicis
 armis T. ii 317.
 Argolides : Argolis Inb. 574.
Aries sidus T. iii 12. 3.
 Aristaeus P. iv 2. 9.
 Aristarchus *grammaticus* P. iii 9.
 24.
 Aristides *Atheniensis* P. i 3. 71.
Milesiarum fabularum scriptor
 T. ii 413, 414, 443.
 Armenius T. ii 227.
Ars Amatoria Ovidi T. v 12. 68.
 Artem P. ii 9. 73. Artis P. ii
 11. 2. Arte T. ii 8. 240, 251,
 303. P. ii 9. 76; 10. 12. Ib.
 6. Artes T. ii 345. P. i 1. 12.
 Artibus T. iii 14. 6. P. ii 2.
 104; iii 3. 70.
Ascra oppidum Boeotiae P. iv 14.
 31, 34.
Asia T. i 2. 78. P. ii 10. 21; iv
 10. 55.
 Astacides *Menalippus* Ib. 513.
Astyanax Ib. 494, 562.
Atalante Ib. 369.
 Atarnites *Hermias* Ib. 317.
 Athenae T. i 2. 77. Ib. 521.
 Athos Ib. 200. P. i 5. 22.
 Atlantis ursa (*Callisto Nyctei Atl-*
lantis pronepotis filia, Apollo-
 dor. iii 8. 2; 10. 1) T. i 11. 15.
 Atreus P. i 2. 119.
 Atridae P. i 7. 32.
 Atticus (*adit.*) T. v 4. 30. P. i 3. 68.
 Atticus *Ovidi amicus* : *ad eum*
missae sunt P. ii 4 et 7 : Attice
 P. ii 4. 2; 7. 2.
Attis puer Ib. 453, (506).
 Augustus (*adit.*) P. i 2. 115; ii 2.
 74; 5. 18; iii 1. 163; 6. 16; iv
 5. 10; 6. 10; 15. 16.
 Augustus *Caesar* T. i 2. 102; ii
 509; iii 8. 13; iv 4. 53. P. i
 2. 59; iii 1. 135; iv 5. 23; 6.
 15; 9. 70; 13. 25.
 Aulis *portus Boeotiae* Ib. 616.
 Aurora P. iv 9. 3.
 Ausonia (*Italia*) T. i 3. 6; ii 575;
 v 5. 40.
 Ausonius (*Italicus*) T. i 2. 92; ii
 23, 171, 199; iv 10. 50; v 2.
 48; 7. 61. P. i 2. 82; ii 2.
 70; iii 2. 101; iv 8. 86; 14. 38.
Auster ventus T. i 11. 16. P. ii 1.
 26; 3. 89; iv 12. 35. *Austris*
 T. i 10. 33.
 Automedon *Achillis auriga* T. v
 6. 10.
 Autonoe: *Autonoessoror (Semele)*
 Ib. 469.
 Axenus *Pontus Euxinus dictus* T.
 iv 4. 56.
 Babylon P. ii 4. 27.
 Bacche T. iv 1. 41. *Bacchae* Ib.
 598. *Bacchis* T. v 3. 37.
Bacchica *serta* T. i 7. 2.
Bacchus T. i 10. 38; v 3. 2. 46.
 Ib. 495. P. ii 9. 31; iv 2. 9.
Bassus poetæ T. iv 10. 47.
Bastarnæ gens Scythica T. ii 198.
Bato Scytha P. ii 1. 46.
 Battiaedes *Callimachus* T. v 5. 38.
 Ib. 53. Battiaede T. ii 367.
Battus Ib. 584.
Belandes Danaides T. iii 1. 62. Ib.
 175, 354.
 Berecyntiades *venator (Attis)* Ib.
 506.
 Bessi *Thraciae gens* T. iii 10. 5;
 iv 1. 67.
Bistonis terra P. ii 9. 54.
Bistonius (Thracius) T. i 10. 23.
 48. Ib. 377. P. i 2. 110; 3.
 59; iv 5. 35.
Bittis amica Philetæ T. i 6. 2.
Bittide P. iii 1. 58.
Bizone oppidum Moesiae T. i 10. 39.
Boreas ventus T. i 2. 29; iii 10.
 11, 14. 45. P. i 5. 72; iv 10.
 41; 12. 35. *Boreæ* T. iii 10. 51.
Boreæ T. iii 11. 8.
Boreus axis T. iv 8. 41.
Borysthenius amnis P. iv 10. 53.
Bosporium mare T. ii 298.
Bosporos T. iii 4. 49.
Briseis T. ii 373.
Broteas Ib. 515.
Brutus M. Iunius, Caesaris inter-
fectus P. i 1. 24.
Brutus Ovidi amicus : *ad eum*
missae sunt P. i 1; iii 9; iv 6;

INDEX NOMINVM

- Brute P. i 1. 3; iii 9. 1, 44; iv 6. 1, 1, 7 22, 28.
 Busiris *Aegypti rex* T. iii 11. 39.
 P. iii 6. 41. frater Antaei Ib.
 397.
 Byblis *Miletii filia* Ib. 355.
 Byzantia litora T. i 10. 31.
- Cacus *latro* Ib. 488.
 Cadmus P. i 3. 77. Cadmi P. iv 10. 55. Cadmo T. iv 3. 67.
 (Ib. 444.)
 Caesar *Augustus* T. i 1. 30; 2. 3,
 61, 66, 93, 104; 3. 5, 85, 86;
 5. 40; 9. 24; ii 8, 23, 27, 124,
 209, 230, 323, 335, 551, 560;
 iii 1. 76, 78; 7. 48; 8. 39; 11.
 17, 18, 72; 12. 46, 53; 13. 11;
 iv 1. 54; 2. 47; 4. 15; 5. 8;
 9. 11; v 1. 41; 2. 38; 5. 61;
 7. 8; 9. 11, 21; 10. 52; 11.
 23. P. i 2. 71, 98, 99, 113,
 139, 149; 4. 29, 55; 7. 22, 43;
 8. 24, 70; 9. 28; 10. 20, 42;
 ii 1. 7; 2. 19, 93; 3. 63, 98;
 5. 11, 42; 7. 55, 67; 8. 1, 18,
 37, 53; 9. 33; (77); iii 1. 114,
 128; 3. 62, 83; 6. 7, 25, 38;
 7. 39; 9. 27; iv 4. 34, 39; 5.
 32; 9. 106, 125, 128; 13. 23,
 31, 38.
- Caesar C. *Iulius dictator* P. iv. 8.
 63. *fora Caesaris* T. iii 1. 27.
 Caesar *Germanicus* T. ii 230. P.
 (ii 5. 41); iv 5. 25; 8. 23, 63.
 Caesar *Tiberius* P. ii 8. 1, 37.
 Caesares *Augustus et Tiberius*
eiusque filii T. ii 206; iv 2. 1, 8.
 P. i 4. 55; 7. 21; ii 2. 108; 6.
 18; 8. 4; iv 15. 3. *Tiberius*
eiusque filii T. i 2. 104. P. iv 9.
 49.
- Caesareus : Caesareum numen T.
 v 3. 46; 11. 20. caput T. iii
 5. 46. P. iii 3. 68. Caesarei
 fama triumphi P. ii 1. 1.
 Caesareae mentis P. ii 1. 17.
 Caesareum pedem P. ii 2. 78.
 Caesaream domum T. i 1. 70.
 Caesareo nomine iuvenes (*Ti-*
beri et Germanici filii) T. iv 2.
9. Caesareos vultus P. ii 8.
 13.
 Calamus *artifex* P. iv 1. 33.
 Cales *flumen* P. iv 10. 47.
 Callimachus P. iv 16. 32. Cf.
 Battiaedes.
 Calliope *Musa* T. ii 568. Ib. 480.
 Callirhoe Ib. 346.
 Callisthenes Ib. 517.
 Callisto Ib. 472.
 Calvus *poeta* T. ii 431.
 Calydon P. i 3. 79.
 Calypso P. iv 10. 13.
 Camena P. iv 13. 33.
 Camerinus *poeta* P. iv 16. 19.
 Campania P. iv 15. 17.
 Campus *Martius* T. v 1. 32. P.
 i 8. 37, 65.
 Canace *Aeoli filia* T. ii 384. Ib.
 355. (560).
 Capaneus T. iv 3. 63 (v 3. 30).
 P. iii 1. 51. (Ib. 468.)
 Capella *poeta* P. iv 16. 36.
 Capherea aqua T. v 7. 36.
 Caphereus T. i 1. 83.
 Capitolium: Capitoli P. iii 1. 135.
 Capitolia T. i 3. 29. P. iv 9. 5.
 Carus *poeta*, *Ovidi amicus*: ad
eum missa est P. iv 13. Care⁹
 P. iv 13. 2, 39. Carus (*eius*
Heradeis) P. iv 16. 7. Cf. P.
 iv 13. 11.
 Caspios Aegisos P. i 8. 13.
 Cassandraeus Ib. 459. P. ii 9. 43.
 Castor P. ii 11. 15. Castora T.
 iv 5. 30.
 Cato *poeta* T. ii 436.
 Catullus *poeta* T. ii 427.
 Caystrius ales T. v 1. 11.
 Celsus *Ovidi amicus*: Celse P. i
 9. 44. Celso P. i 9. 1, 41.
 Cenchreæ *oppidum Corinthi* T. i
 10. 9.
 Cephenes *Aethiopæ* Ib. 552.
 Ceraunia P. ii 6. 9.
 Cerberus T. iv 7. 16.
 Cercyonæ corpora Ib. 410.
 Cerealis : Cerealia munera P. iii
 8. 11. Cerealibus sulcis T. iii
 12. 11.
 Ceres Ib. 409. P. ii 9. 30. Ce-

INDEX NOMINVM

- rerem T. ii 300. Cereris Ib.
 417. Cereri Ib. 304.
Ceyx Ib. 274.
 Chaos Ib. 82. P. iv 8. 57.
 Charybdis T. v 2. 73. Ib. 383.
 Charybdin P. iv 10. 27; 14. 9.
 Chimaera T. ii 397; iv 7. 13.
 Chionides Eumolpus P. iii 3. 41.
 Chiron P. iii 3. 43.
 Cilissa terra Ib. 198.
 Cimber triumphus P. iv 3. 45.
 Cimmerium litus P. iv 10. 1.
 Cinna *poeta* T. ii 435 (*bis*). (Ib.
 537).
 Cinyphius (*Africus*) Ib. 220. P.
 ii 7. 25.
Cinyras Ib. 358, 563.
Crerce P. iii 1. 123.
 Circus T. ii 283 (*bis*); iv 9. 29.
 P. i 4. 15. H. 68.
 Ciziges *Sarmatarum* gens T. ii
 191.
 Clarius *poeta* *Antimachus* T. i
 6. 1.
 Claudia *Quinta* P. i 2. 142.
Cleombrotus, Ambraciota Ib. 492.
 Cliniae (*Alcibiades*) Ib. 631.
 Clodia via P. i 8. 44.
 Clotho Ib. 241.
 Colchi T. ii 191.
 Colchis *Medea* T. iii 9. 15.
 Colchis *regio Asiae ad Pontum* T.
 iii 9. 12.
 Colchus (*adi.*) P. i 3. 76.
 Coralli gens *Moesiae* P. iv 2. 37;
 8. 83.
 Corcyraeus Ib. 508.
 Corinna T. iv 10. 60.
 Corinthiacus T. i 10. 9.
 Corinthus T. iii 8. 4.
 Cornificius *poeta* T. ii 436.
 Coroebus Ib. 573.
 Corona *sidus* T. v 3. 42.
 Coronides *Aesculapius* Ib. 404.
 Cossus Fr. 3.
 Cotta M. *Aurelius Cotta Maximus,*
 Ovidi amicus atque carminum
 scriptor (P. iii 5. 39; iv 16. 41):
 ad eum missae sunt P. i 5 et 9;
 ii 3 et 8; iii 2 et 5: Maxime
 P. i 5. 2; 9. 16, 32; ii 3. 1;
 8. 2; iii 5. 33, 58; iv 16. 44
 Maxime Cotta ii 8. 2; iii 5. 6.
 Maximus P. i 9. 26, 27, 50, ii
 3. 1. Cotta P. iii 2. 1; iv 16.
 41. Cottae iii 2. 107. *pl.* Cottas
 iv 16. 43.
 Cotys *rex Thraciae: ad eum missa*
 est P. ii 9. P. ii 9. 2, 38.
 Cous *Philetas* T. i 6. 2. Cous
 artifex Apelles P. iv 1. 29. Coa
 Bittii P. iii 1. 58.
Creon Ib. 602.
Cresia turbæ Ib. 508.
Creusa Ib. 601.
 Croesus T. iii 7. 42. P. iv 3. 37.
 Crotopiades Linus Ib. 478.
Crotopus pater Psamathe Ib.
 571.
 Cumaei anni P. ii 8. 41.
 Cupidinea tela T. iv 10. 65.
 Cupido T. ii 385. P. i 4. 41.
Curtius Ib. 441.
Cyane fons P. ii 10. 26.
Cyaneae insulae T. i 10. 34.
Cybeleia mater Ib. 451.
 Cyclades T. i 11. 8.
Cyclops P. iv 10. 23.
Cynapses flumen P. iv 10. 49.
Cynosurus ursa T. v 3. 7.
Cyzicus T. i 10. 29, 30.

Daedalion Ceycis frater Ib. 274.
 Daedalus T. iii 4. 21; 8. 6.
 Dalmatia P. ii 2. 76.
 Damasichthon Ib. 579.
 Danae T. ii 401 (*bis*).
 Danaus (*Gracus*) P. iv 7. 41.
 Danuvius P. iv 10. 58. Danuvii
 T. ii 192. Danuvium P. iv 9.
 80.
 Dardania *oppidum ad Hellespont-*
 um T. i 10. 25.
 Dardanius senex (*Priamus*) T. iii
 5. 38.
 Dardanus T. v 10. 4.
 Dareus *Codomannus, rex Persa-*
 rum T. iii 5. 40.
 Dareus secundus Ib. 313.
 December P. iv 4. 24. Decembri
 T. i 11. 3; ii 491. P. iv 9. 59.
 Delia tellus P. iv 14. 57.

INDEX NOMINVM

- Delos Ib. 475.
 Delphi T. iv 8. 43.
 Demodocus *Phaeacum cantor* Ib. 270.
 Dexamenus *Deianirae pater* Ib. 402.
 Dexiones pater *Aesculapius* Ib. 468.
 Diana : Dianae Ib. 477, 593. P. i 1. 41 ; iii 2. 93. Dianam T. ii 105. consors Phoebi P. iii 2. 48. *Diana Taurica* T. iv 4. 64. Ib. 382.
 Dierum opus *Sabini* P. iv 16. 15.
 Diogenes Cynicus P. i 3. 67.
 Diomedes rex *Thraciae* Ib. 379, 400.
Dionysopolis (*Διονύσου πόλις*) oppidum *Moesiae* T. i 10. 38.
 Dirce Ib. 534.
 Dodona T. iv 8. 43.
 Dolon Ib. 625.
 Donnus rex (C. I. L. v 2. n. 7231 (cf. p. 808) 'M. Iulius regis Donni filius') P. iv 7. 29.
 Drusus *Germanici pater* T. iv 2. 39. P. ii 8. 47. *Tiberi filius* P. ii 2. 72.
 Dryantiades *Lycurgus* Ib. 343.
 Dryops Ib. 486.
 Dulichium T. i 5. 67.
 Dulichius (adi.) T. i 5. 66 ; iv 1. 31. Ib. 384.
 Dyrapses *flumen* P. iv 10. 53.
 Echionius (*Thebanus*) T. v 5. 53.
 Eetion *Andromachae pater* T. v 5. 44.
 Electra T. ii 395.
 Elis P. ii 10. 27.
 Elpenor T. iii 4. 19. Ib. 483.
 Elysii campi Ib. 171.
 Emathius dux (*Alexander*) T. iii 5. 39.
Empedocles philosophus Ib. 595.
 Enceladus P. ii 2. 11.
 Endymion Latmius T. ii 299.
 Ennius *poeta* T. ii 423, 424, cf. 259.
 Eous T. iv 9. 22. Eoo orbe P. iv 9. 112. Eoas aquas P. iv 6. 48. Eois aquis P. ii 5. 50.
 Epidaurus *Aesculapius* P. i 3. 21.
Epinomeus Ib. 542.
Epopeus Nyctimeneae pater Ib. 358.
 Erebeus (adi.) Ib. 225.
 Erechthides Ib. 291.
 Erichthonius T. ii 294. P. ii 9. 20.
Erigone Ib. 611.
 Erymanthis (*Arcadica*) ursa T. i 4. 1 ; iii 4. 47.
Erysichthon Ib. 423.
Eteocles et Polynices T. v 5. 34.
 Euadne T. iv 3. 64 ; v 5. 54.
 Eubius *Milesiarum fabularum scriptor* : T. ii 416.
 Euboicus : Euboico sinu Ib. 338. Euboicas aquas Ib. 490. Euboicis aquis T. i 1. 84. Euboicis fluctibus T. v 7. 35.
 Euenus *flumen Aetoliae* Ib. 511.
 Eumedes *Dolonis pater* T. iii 4. 27.
 Eumenides Ib. 223.
 Eumolpus *vates* P. ii 9. 2, 19, 20 ; iii 3. 41.
 Eupolis (*Anth. Pal.* vii 298) Ib. 528 (*poeta comicus* Ib. 589).
 Euripiades Ib. 593.
Europa P. iv 10. 55.
 Eurus *ventus* T. i 2. 27. Euros Ib. 33.
 Euryalus T. i 5. 23 ; 9. 33 ; v 4. 26. (Ib. 630).
 Eurydamas Ib. 329.
 Eurylochus Ib. 285.
 Euryrides Telemus Ib. 268.
Eurytion centaurus Ib. 402.
 Euxinus Pontus T. iii 13. 28. Euxinum litus P. iv 3. 51. Euxini litus T. v 10. 13. Euxini litora T. iv 4. 55 ; v 2. 63. Euxini litora laeva T. iv 1. 60 ; Euxini Sinistri pars T. ii 197. Euxini terra sinistra T. iv 8. 42. Euxini sinistra P. ii 2. 2. Euxini maris ad laeva T. iv 10. 97.

INDEX NOMINVM

- Euxini unda T. v 10. 2. Euxino Ponto P. ii 5. 9. Euxino litore T. v 4. 1. Euxino mare (*abl.*) P. iv 6. 46. Euxinas undas P. iv 7. 1. Euxinis aquis P. ii 6. 2; iii 2. 60; 6. 2; 7. 40. Euxinis vadis P. iv 9. 2.
- Fabia gens P. iii 3. 2; iv 6. 9. Fabii P. i 2. 4.
- Fabius : *Paulus Fabius Maximus Ovidi amicus, ad eum missae sunt* P. i 2, iii 3 *ac fortasse* iii 8. Maxime P. i 2. 1, 67, 114; iii 3. 2, 95; 8. 22; iv 6. 9, 11.
- Falerna vina P. iv 2. 9.
- Faliska herba P. iv 4. 32. Faliscum gramen P. iv 8. 41.
- Fama P. ii 1. 19; iv 4. 16.
- Fasti *carmen Ovidi* T. ii 549. Cf. Fr. 19.
- Fauni Ib. 79.
- Flaccus *Ovidi amicus, ad eum missa est* P. i 10. Flacce i 10. 1. Flaccus iv 9. 75. Flacco iv 9. 69.
- Flaminia via P. i 8. 44.
- Flumina Ib. 80.
- Fontanus *poeta* P. iv 16. 35.
- Fortuna T. i 1. 51; 5. 27; v 8. 15; 14. 29. P. ii 3. 51; iii 1. 49, 125; iv 3. 7, 29. Fortunae T. i 5. 34; 9. 13; v 8. 7. P. ii 7. 15, 20, 41. Fortunam P. iii 1. 152; iv 8. 16. Fortuna (*abl.*) P. iii 2. 8; iv. 6. 39; 9. 90.
- Fundanum solum P. ii 11. 28.
- Furia Fr. 4.
- Furiæ (Ib. 77) : Furiis T. iv 4. 70. Ib. 159, 181, 341.
- Gallica arva P. iv 16. 18.
- Gallio *Ovidi amicus, ad eum missa est* P. iv 11. P. iv 11. 1.
- Gallus (*C. Cornelius Gallus*) *poeta* T. ii 445; iv 10. 53; v 1. 17. Ganges flumen T. v 3. 23. Ib. 134.
- Germania T. ii 229; iii 12. 47; iv 2. 1, 43. P. ii 5. 41; 8. 39, 47; iii 4. 97.
- Germanicus Caesar, *ad eum missa est* P. ii 1. (T. iv 2. 40.) P. ii 1. 49; 2. 71; iv 5. 25; 8. 31, 65; 13. 45. Cf. Caesar.
- Getes (*Scytha*) P. i 2. 106; 5. 62; 7. 12; 8. 16; ii 1. 66; iv 2. 22; 7. 48; 13. 18. Geten T v 3. 22. Getae (*abl.*) P. i 8. 6. Getae (*gen.*) P. iv 3. 52. Getae (*dat.*) P. i 2. 76. Getae (*plur.*) T. ii 191; iii 10. 5; iv 1. 94; v 10. 38. P. iii 2. 37. Getas T. iii 3. 6; 11. 55; 14. 42; iv 1. 67; v 1. 46; 7. 11; 12. 10. P. i 5. 12, 66, 74. P. ii 10. 50; iii 2. 102; 5. 28; iv 8. 84; 9. 78; 10. 2; 13. 22; 15. 40. Getarum T. iv 6. 47. P. ii 2. 65.
- Getis T. iii 9. 4; iv 10. 110; v 3. 8; 5. 28. P. i 2. 92; 7. 2; ii 1. 20; 2. 4; 7. 2, 31; 10. 30; iii 4. 92; 5. 6; 9. 32; iv 2. 2; 7. 28; 10. 70; 14. 14.
- Getice (*adv.*) T. v 12. 58. P. iii 2. 40.
- Geticum regio Getica T. v 13. 1.
- Geticus (*adi.*) T. i 5. 62; 10. 14; iii 12. 14, 16; 14. 48; iv 8. 26; v 1. 1; 2. 68; 3. 11; 7. 13, 52. Ib. 635. P. i 1. 2; 8. 55; 9. 45; 10. 32; ii 8. 69; iii 2. 46; 5. 45; 7. 19; iv 4. 8; 7. 20; 13. 19, 36.
- Gigans P. ii 10. 24. Gigantis Ib. 595. Gigantas T. ii 333; iv 7. 17. P. iv 8. 59.
- Giganteus T. ii 71.
- Glauci duo Ib. 553, 554. *Glaucus Minois filius* Ib. 555.
- Gnosia mella Ib. 556.
- Gorgo T. iv 7. 12.
- Gorgoneus equus P. iv 8. 80.
- Gracchus *poeta* P. iv 16. 31.
- Graecinus *Ovidi amicus, ad eum missae sunt* P. i 6, ii 6, iv 9. Graecinus P. i 6. 53. Graecine i 6. 3, 27, 47; ii 6. 35; iv 9. 1, 59, 75, 95. Graecinum ii 6. 1.
- Graecus : Graecos T. v 7. 11. Graecis T. v 10. 28. Graeca loquela T. v 2. 68. Graecae

INDEX NOMINVM

- linguae v 7. 51. Graeca voce
 T. iii 12. 39.
Graius: Graium P. ii 2. 25. Graia
 puppis T. v 7. 36. Graia sacer-
 dos P. i 2. 73. Graio hoste
 T. v 10. 4. Graia urbe T. v 10.
 33. Graiae urbes T. iii 9. 1.
 Graios viros P. iv 14. 48. Graias
 domos T. iii 9. 4. Graias rates
 T. iv 3. 1. Graias comas T. iv
 4. 78. Graia viscera Ib. 338.
 Graia arva Ib. 444. Grais viris
 P. iv 10. 52.
Grattius poeta P. iv 16. 34.
Gyas T. iv 7. 18.
Gyges Fr. 10.

Hadria T. i 11. 4.
Hadriacum litus H. 125.
Haedi sidus T. i 11. 13.
Haemon T. ii 402. Ib. 559.
Haemonia P. i 3. 75; 4. 31.
Haemonius (adi.) T. i 10. 30; iii
 11. 28; iv 1. 16.
Haemus mons P. iv 5. 5.
Halcyone Ceycis uxor T. v 1. 60
 (lb. 274).
Haly flumen P. iv 10. 48.
Hannibal dux Poen. Ib. 387.
Harpagides puer Ib. 543.
Harpyia: Harpyias T. iv 7. 17.
Hebrus flumen Thraciae P. i 5.
 21.
Hector T. iii 11. 27, 28. P. ii 11.
 15 (lb. 331). Hectoris T. i 6.
 19; 9. 30; 10. 17; v 14. 37.
Hectore T. v 4. 11. P. iv 16.
 19. Hectora T. iv 3. 30, 75.
Hectoreus Ib. 562. P. iv 7. 42.
Hecuba Ib. 266.
Helicon: Helicone T. iv 1. 50;
 10. 23, 120. Helicona P. iv
 2. 11.
Helle: Helles T. i 10. 15. Hellen
 T. iii 12. 3.
Hellespontiacae aquae T. i 10. 24.
Hemitheon T. ii 417.
Heniochae rates P. iv 10. 26.
Hennaei lacus P. ii 10. 25.
Herceus Iuppiter Ib. 282.
Hercules (lb. 345, 391, 401, 485
 sqq., 498). Herculis T. ii 405.
 Ib. 251. Hercule Ib. 291. P.
 iv 13. 11; 16. 7.
Herculeus: Herculeos artus Ib.
 603. Herculeae simplicitatis
 P. iii 3. 100.
Hermias Atarnites Ib. 317.
Hermione T. ii 399. P. ii 11. 15.
Hesiodus P. iv 14. 32 sqq.
Hesperia vox T. iv 9. 22.
Hippocrene P. iv 8. 80.
Hippodamia T. ii 386.
Hippolytus T. ii 383 (lb. 575).
Hippomeneis Ib. 333.
Hipponoo satus *Capaneus* Ib.
 468.
Hippotades (*Aeolus*) P. iv 10. 15.
Hister T. ii 203; iii 10. 29; v 7.
 2; 10. 1. Ib. 134. P. i 2. 79;
 iii 2. 44; 3. 26; 5. 2; iv 2.
 38; 6. 45; 7. 19; 10. 22. Histri
 T. ii 189; v 1. 21. P. i 8. 11;
 iv 7. 10; 9. 76. Histro T. iii
 10. 7, 53; iv 10. 119. P.
 ii 4. 1; iv 14. 11. Histrum T.
 iii 12. 29. P. i 5. 63; iii 4. 91.
Homerus: P. iii 9. 24. Homeri
 T. ii 379. Homero P. ii 10. 13.
Homerum P. iv 2. 21.
Horatius Flaccus poeta T. iv 10. 49.
Hortensius poeta T. ii 441.
Hyacinthus Oebalides Ib. 586.
Hyades T. i 11. 16.
Hybla T v 6. 38; 13. 22. Ib. 197.
 P. ii 7. 26; iv 15. 10.
Hylas T. ii 406.
Hymenaeus: Hymenaeon P. i 2.
 131.
Hypanis flumen P. iv 10. 47.
Hypsipyple Ib. 481.
Hyrtacades Nisus T. i 5. 24. Ib.
 630 (*bis*).

Ianus Ib. 63. P. iv 4. 23; 9. 60.
Iasion T. ii 300 (lb. 469).
Iazy P. iv 7. 9. Iazyges Ib. 133.
 P. i 2. 77.
Ibis: Ibidis Ib. 60. Ibide Ib. 57.
 Ibin Ib. 53, 93, 98, 218.
Icaria aqua T. v 2. 28.
Icariotis tela P. iii 1. 113.

INDEX NOMINVM

- Icaris (*Penelope filia Icarii*) : Icaridios Ib. 380.
 Icarius *pater Penelopes* T. v 5. 44.
 Ib. 566.
 Icarus *Daedali filius* T. i 1. 90 ;
 iii 4. 22. *Athenensis* Ib. 609.
 Idaei modi T. iv 1. 42.
 Ida mons *Troades* Ib. 195.
 Idmon Ib. 502.
 Ilia T. ii 260.
 Iliacus puer T. ii 406. Macer P.
 iv 16. 6. Iliacum humum T. ii
 404 ; v 14. 40. Iliaca arce Ib.
 494. Iliacas domos T. i 5. 60.
 Iliacas harenas T. v 5. 57.
 Iliades Remus T. iv 3. 8.
 Ilias *Homeri* T. ii 371. P. ii 7. 34.
 Illyricus P. iv 14. 45.
 Illyria : Illyriis T. i 4. 19.
 Illyris P. ii 2. 77. ora T. ii 205.
 Ilva *insula* P. ii 3. 84.
 Imbria terra T. i 10. 18.
 Indica aqua P. i 5. 80.
 Indus T. v 3. 24. Inda belua T. iv
 6. 7. Indis P. iv 8. 61.
 Ino Ib. 495.
 Iole T. ii 405.
 Ion Ib. 620.
 Ionium aequor T. i 4. 3. mare T.
 ii 298. P. iv 5. 6.
 Iphias *Eudne* T. v 14. 38. P. iii
 1. 111.
 Iphigenia T. iv 4. 80. Iphigenian
 P. iii 2. 62.
 Irus T. iii 7. 42. Ib. 415.
 Isiaci foci P. i 1. 52.
 Isindius hospes Ib. 619.
 Isis T. ii 297. P. i 1. 52.
 Isthmos T. i 11. 5. P. iv 10.
 80.
 Italia T. i 4. 20 ; iii 12. 37.
 Italus T. v 5. 30.
 Ithace T. i 5. 67.
 Ithacus P. i 3. 33 ; ii 7. 60.
 Itys T. ii 390. (Ib. 432.)
 Iugurthinus triumphus P. iv 3. 45.
 Iuleus : gentis Iuleae P. i 1. 46.
 Iuleo cognomine P. ii 5. 49.
 Iulia tempa P. iv 5. 21.
 Julius divus P. ii 2. 84.
 Iulus *Ascanius* P. ii 2. 21 ; 11. 15.
- Iuno P. i 4. 39. Iunonis T. ii
 291 ; iii 5. 42. P. iii 1. 117,
 145 ; iv 16. 8. Iunonem P. iv
 16. 7.
 Iuppiter T. ii 34 ; iv 4. 17 ; v 3.
 30. Ib. 209. P. ii 1. 13 ; 9.
 25 ; iii 6. 27. Iovis T. i 1. 81 ;
 3. 11 ; 5. 78 ; ii 144, 289 (*bis*),
 333 ; iii 1. 35, 38 ; 5. 7 ; 11.
 62 ; iv 3. 69 ; 8. 46 ; 9. 14. Ib.
 282, 467. P. ii 8. 62 ; 9. 26.
 Iovi T. ii 69, 216 ; iii 12. 46 ;
 iv 2. 56. Ib. 212. P. iii 4. 90.
 Fr. 8. 5. Iove T. i 5. 77 ; ii
 38 ; v 2. 46. Ib. 66, 296, 326.
 P. i 7. 50 ; ii 8. 62 ; iii 6. 18 ;
 iv 4. 34 ; 8. 78. Iovem T. i 4.
 26. Ib. 430. Iuppiter Libycus
 Ib. 311. Iuppiter Herceus Ib.
 282.
 Iustitia P. iii 6. 24 *sqq.*
 Iuventa P. i 10. 12.
 Lxion Ib. 174.
 Lacedaemon P. i 3. 71.
 Lachesis T. v 10. 45.
 Laertius heros T. v 5. 3.
 Laestrygon : Laestrygonis P. iv
 10. 21. Laestrygona P. ii 9. 41.
 Laestrygoniae manus Ib. 386.
 Lampsacus T. i 10. 26.
 Laocoön Ib. 481.
 Lar : Lari T. i 3. 30. Larem T.
 i 10. 40 ; iii 10. 62. Lare P. i
 1. 10 ; 7. 58. T. iii 12. 52.
 Lares T. i 3. 43 ; 10. 40 ; iv 8.
 22. Ib. 79.
 Largus *poeta* P. iv 16. 17.
 Larisaean Aleuas Ib. 321. Lari-
 saeis rotis Ib. 330.
 Lars *Tolumnius* Fr. 3.
 Latine T. iii 1. 17 ; v 7. 53 ; 12.
 57.
 Latinus (*adit.*) T. iii 12. 39 ; 14.
 49 ; iv 1. 90 ; v 2. 67 ; 7. 58 ;
 10. 38.
 Latium T. iv 2. 69. P. iv 16. 9.
 Latius (*adit.*) T. ii 205 ; iii 12. 46 ;
 iv 4. 6. P. ii 3. 75 ; iv 13. 45.
 Latmias heros (*Endymion*) T. ii
 299.

INDEX NOMINVM

- | | |
|---|--|
| <p>Latona P. iv 14. 57.
Latonia proles T. v 1. 57. Delos
Ib. 475.</p> <p>Laudamia T. i 6. 20; v 5. 58;
(14. 39). P. iii 1. 110. <i>filia</i>
<i>Alexandri, Epirotarum regis</i>
Ib. 303.</p> <p>Leandrus T. iii 10. 41. (Ib. 587.)</p> <p>Lemnia saxa T. v 1. 62. turba
Ib. 394.</p> <p>Lenaeus Ib. 327.</p> <p>Leoprepides <i>Simonides</i> Ib. 510.</p> <p>Lesbia <i>Catulli amica</i> T. ii 428.</p> <p>Lesbia Sappho T. ii 365. vates</p> <p>Lesbia T. iii 7. 20.</p> <p>Lethaeae aquae T. i 8. 36; iv
9. 2.</p> <p>Lethe T. iv 1. 47. P. iv 1. 17;
ii 4. 23.</p> <p>Letoia stirps T. iii 2. 3.</p> <p>Leucadius deus T. iii 1. 42; v
2. 76.</p> <p>Leucon Ib. 308.</p> <p>Leucothea (Ib. 276). P. iii 6. 20.
<i>Cf.</i> Ino.</p> <p>Liber T. v 3. 35. P. iv 8. 61.</p> <p>Libertas T. iii 1. 72.</p> <p>Libycus : Libyci Iovis Ib. 311.
Libyco mare Ib. 196. Libycis
oris T. i 3. 19. Libycas acies.
P. iv 16. 23.</p> <p>Limone <i>Hippomenis filia</i> Ib. (333),
457.</p> <p>Linus Ib. 478.</p> <p>Liviu <i>Augusti uxor</i> T. ii 161; iv
2. 11. P. ii 8. 4; iii 3. 87; 4.
96; iv 13. 29. <i>Cf.</i> P. i 4. 55;
ii 8. 29; iii 1. 114, 155.</p> <p>Livor T. iv 10. 123. P. iv 16.
47.</p> <p>Lixus <i>flumen Thraciae</i> P. i 5. 21.</p> <p>Locris (<i>Arsinoe</i>) Ib. 350.</p> <p>Lucana antra H. 58.</p> <p>Lucifer T. i 3. 72; iii 5. 56; iv
10. 11. P. ii 5. 50.</p> <p>Lucretius <i>poeta</i> T. ii 425. <i>Cf.</i> 261.</p> <p>Luna T. i 3. 28; ii 299. Ib. 210.</p> <p>Lupus <i>poeta</i> P. iv 16. 26.</p> <p>Lyaeus T. ii 401. P. i 10. 29.</p> <p>Lycambeus sanguis Ib. 52.</p> <p>Lycaon Ib. 471.</p> | <p>Lycaonius T. iii 2. 2. Ib. 429.</p> <p>Lycastus Pratalides Ib. 605.</p> <p>Lycophron <i>poeta</i> Ib. 529.</p> <p>Lycoris <i>Galli poetae amica</i> T. ii
445.</p> <p>Lycurgides <i>Ancaeus</i> Ib. 501.</p> <p>Lycurgus T. v 3. 39 (Ib. 343).</p> <p>Lycus <i>Dirces maritus</i> Ib. 534.</p> <p>Lycus <i>flumen</i> P. iv 10. 47.</p> <p>Lyde <i>Antimachi poetae amica</i> T.
i 6. 1.</p> <p>Lyrnessis (<i>Briseis</i>) T. iv 1. 15.</p> <p>Macareus Ib. 560.</p> <p>Macedo Ib. 473.</p> <p>Macer <i>Aemilius poeta</i> (Quintil. x
1. 56, 87) T. iv 10. 44.</p> <p>Macer <i>Pompeius, poeta</i> (Am. ii 18.
Quintil. vi 3. 96), <i>ad eum missa</i>
<i>est</i> P. ii 10: P. ii 10. 2; iv
16. 6.</p> <p>Machaon P. iii 4. 7.</p> <p>Machaonias artes P. i 3. 5.</p> <p>Maenalis (<i>Arcadica</i>) Vrsa T. iii
11. 8.</p> <p>Maenoides (<i>Homerus</i>) T. i 1. 47;
ii 377; iv 10. 22.</p> <p>Maeonius (<i>Homericus</i>) T. i 6. 21.
P. iii 3. 31; iv 12. 27; 16. 27.</p> <p>Maeotis hiems T. iii 12. 2. ora P.
iii 2. 59.</p> <p>Magna parens (<i>Cybele</i>) Ib. 455.</p> <p>Magnus (<i>Pompeius</i>) P. iv 3. 41.</p> <p>Maia Ib. 212, 469.</p> <p>Mamercus Ib. 546.</p> <p>Manes T. i 9. 31; iii 3. 64; ii.
32; v 14. 12. Ib. 138. P. i 2.
112; iii 1. 109. Manibus T.
iv 10. 91. Ib. 138.</p> <p>Marcia <i>uxor Pauli Fabii Maximi,</i>
<i>filia Marci Philippi</i> P. i 2. 138;
iii. 1. 78.</p> <p>Marius (C.) P. iv 3. 47. Marius
<i>poeta</i> P. iv 16. 24.</p> <p>Mars P. iv 7. 45. Martis T. ii
295; v 1. 32; 7. 17. Ib. 213.
P. iii 6. 32. Martem T. v 2. 69.
377, 423. Marte T. v 2. 69.
P. i 8. 15; ii 9. 45; iii 6. 35;
iv 6. 29; 7. 14.</p> <p>Marsus <i>poeta</i> P. iv 16. 5.</p> |
|---|--|

INDEX NOMINVM

- Marsyas** Ib. 550. P. iii 3. 42.
Marticola : Marticolam Geten T. v 3. 22. Marticolis Getis P. iv 14. 14.
Martius (*adi.*) T. ii 282; iii 7. 25. P. i 8. 24; iv 9. 65.
Mater deum P. i 1. 39.
Maximus. Cf. Cotta, Fabius.
Medea T. iii 8. 3; 9. 9.
Medea *Ovidi tragoedia* Fr. 1.
Medusa *Gorgo* T. iv 7. 11. Ib. 551. P. i 2. 35, 36; iii 1. 124. *puelia* Ib. 445.
Melanthea caedes Ib. 621.
Melanthius Ib. 390.
Melanthus flumen P. iv 10. 54.
Melaeager Ib. 599.
Melissus *poeta* P. iv 16. 30.
Memmius *poeta* T. ii 433.
Memnon P. i 4. 57.
Memnonius color P. iii 3. 96.
Menalippus Ib. 518.
Menander *poeta* T. ii 369.
Menedemus Ib. 449.
Menoetiades *Patroclus* T. v 4. 25.
Merops T. iii 4. 30.
Mesembriaci portus T. i 10. 37.
Messalla : Messallas P. iv 16. 43.
Messalinus, *M. Valerius Corvinus*, *Ovidi amicus, ad eum missae sunt* P. i 7, ii 2. Messalinus P. ii 2. 85. Messaline P. i 7. 1, 67; ii 2. 3.
Metellus T. ii 438.
Metrodorus Scepsius P. iv 14. 38.
Mettus *Albanus* T. i 3. 75 (Ib. 277).
Milesia crimina T. ii 413.
Miletus urbs (*Tomis*) T. i 10. 41.
Miletus T. iii 9. 3.
Milo *tyrannus* Ib. 323. *athleta* Ib. 607.
Minerva T. i 2. 10. Fr. 8, 10 (P. iv 1. 32). Minervae T. i 10. 1, 43; iii 9. 7; iv 10. 13. Ib. 377, 615.
Minoia fata Ib. 287.
Minotaurus T. iv 7. 18. Ib. 371, 406.
Minous (*Creticus*) Ib. 507.
- Minya** T. iii 9. 13.
Montanus *poeta* (Sen. Ep. 122 11) P. iv 16. 11.
Mulciber T. i 2. 5.
Musa T. ii 21, 313, 354, 364, 496; iii 2. 6; iv 1. 19, 88; 9. 31; 10. 20, 117; v 1. 20; 7. 28; 9. 26; 12. 60. P. i 1. 20; 5. 12, 69; ii 4. 14; iii 4. 66; 5. 21; 8. 22; 9. 6, 49; iv 2. 27; 3. 16; 8. 78; 13. 13; 14. 32; 15. 40; 16. 29, 30, 45. Musae (*gen.*) Ib. 2. Musae (*plur.*) T. v 7. 55. Musarum P. iv 2. 49.
Musis T. ii 121. Musas T. i 7. 21; ii 3; iii 7. 9.
Mycenaeus dux T. ii 400.
Myro artifex P. iv 1. 34.
Myrrha Ib. 358. Myrrhae Ib. 537.
Myrtulus Ib. 367.
Myrtoa aqua Ib. 368.
Mysus P. ii 2. 26; iv 9. 77.
- Naides** P. iv 16. 35.
Naso T. i 7. 10; ii 119; iii 3. 74, 76; 4. 45; 10. 1; 12. 51; iv 4. 86; v 1. 35; 3. 49, 52; 4. 1; 13. 1. Ib. 4. P. i 1. 1; 3. 2; 5. 2; 7. 4. 69; 8. 1, 30; 10. 1; ii 2. 2; 4. 1; 5. 1; 6. 2; 10. 2, 15; 11. 2; iii 1. 3; 4. 2; 5. 4, 44; 6. 1; 7. 13; iv 3. 10; 6. 2; 8. 34; 9. 2; 14. 14; 15. 2; 16. 1.
Natalis dies T. iii 13. 2; iv 1. 63; 10. 11; v 5. 1, 13. Ib. 63.
Naupliades Ib. 617.
Neoclides (*Themistocles*) P. i 3. 69.
Neptunus T. i 2. 9. P. iii 6. 19 (29). Ib. 273. Neptuni T. i 5. 78; iii 11. 62. Neptuno P. ii 9. 28.
Neritius dux (*Vixes*) T. i 5. 57, 58.
Nesseum venenum Ib. 489.
Nessus Ib. 402 (603).
Nestor P. i 4. 10.
Nestorides (*Antilochus*) P. ii 4. 22.
Nilus T. i 2. 80. P. iv 10. 58.

INDEX NOMINVM

- Niobe T. v 1. 57; 12. 8 (Ib. 583).
 P. i 2. 29.
- Nireus P. iv 13. 16.
- Nitus *Euryali amicus* T. i 5. 24;
 9. 33 (Ib. 630).
- Nitus *Scyllae pater* Ib. 360.
- Notus *ventus* T. i 2. 15, 30. P. iv
 10. 43. Noti P. ii 1. 2.
 Noto T. iii 12. 42. Ib. 312.
- Nox P. i 2. 54.
- Numa *poeta* P. iv 16. 10.
- Numa *rex* T. iii 1. 30. P. iii 2.
 106; 3. 44.
- Numida *dens* P. iv 9. 28.
- Nyctemene Ib. 358.
- Nymphae Ib. 80.
- Oceanus T. i 4. 1; ii 102.
- Odesos *oppidum Moesiae* T. i 10.
 37.
- Odrysii P. i 8. 15.
- Odyssea *Homeri* T. ii 375.
- Oeagrus Ib. 480.
- Oebalides (*Hyacinthus*) Ib. 586.
- Oechalia P. iv 8. 62.
- Oedipus (Ib. 259) Oedipodas T. i
 1. 114.
- Oetaeus (*Hercules*) Ib. 345.
- Olympias P. iv 6. 5.
- Olympus *tibicen* P. iii 3. 42.
- Ops T. ii 24.
- Opus : Opunta P. i 3. 73.
- Oresteia dea P. i 2. 78.
- Orestes T. iv 4. 69, 87. P. iii 2.
 69. Orestae (*gen.*) T. i 9. 27
 (*dat.*) P. ii 3. 45. Ib. 525.
- Oresten T. ii 395; v 4.
 25. P. iii 2. 33, 85. Oresta
 T. i 5. 22. (*Tisameni pater* Ib.
 346.)
- Orpheus T. iv 1. 17. P. ii 9. 53.
 Orpheos Ib. 598. Orphea P.
 iii 3. 41.
- Ossa *mons* Ib. 283. P. ii 2. 9.
- Pactolus (Ib. 298).
- Paelignus : Paeligno solo P. i 8.
 42. Pacligni P. iv 14. 49.
- Paeones *Macedoniae gens* P. ii 2.
 75.
- Paestanae rosae P. ii 4. 28.
- Palamedes* Ib. 617.
- Palatium : Palati T. iii 1. 31. Pa-
 latia T. i 1. 69; iv 2. 3. P. ii
 8. 17.
- Palicus *deus, filius Iovis* P. ii 10.
 25.
- Palinurus T. v 6. 7. Ib. 592.
- Palladius (*adi.*) T. i 10. 12. Ib.
 264.
- Pallas *dea* T. i 2. 6. Palladis T.
 iii 14. 13. P. iii 8. 9. Pallade
 T. ii 293; iv 5. 4. P. i 4. 39.
 Pallada T. iii 1. 29.
- Pandion *rex Atheniensis* P. i 3.
 39.
- Pannonia T. ii 225.
- Paphius : Paphio aere Ib. 438.
- Parca T. v 3. 14. P. iii 7. 20;
 iv 15. 36. Parcae T. v 3. 25.
 (Ib. 74.)
- Parents (*patriae*) P. iv 9. 134.
- Parium marmor P. iv 8. 31.
- Parrhasia virgo T. ii 190.
- Parrhasis Arctos T. i 3. 48.
- Parthenius *flumen* P. iv 10. 49.
- Parthus T. ii 228.
- Pasiphae Ib. 88.
- Patroclus P. i 3. 73.
- Pedo *Albinovanus, poeta: ad eum
 missa est* P. iv 10. Albinovane
 P. iv 10. 4. Pedo P. iv 16. 6.
 Pedoni P. iv 10. 65.
- Pegasides undae T. iii 7. 15.
- Pegasus P. iv 7. 52.
- Pelasgi T. ii 403.
- Pelias (Ib. 440). Peliae T. ii
 403. Pelia T. v 5. 55. P. i 4.
 27.
- Pelias hasta P. i 7. 52; ii 2. 26.
- Pelion P. ii 2. 9.
- Pelopea *Thyestae filia* Ib. 357.
- Pelopeia virgo (*Iphigenia*) T. iv
 4. 67.
- Pelops (T. ii 385. Ib. 432). Pe-
 lopis Ib. 177, 583.
- Penates T. i 3. 45. 95; 5. 81; iv
 8. 9.
- Penelope T. v 5. 52 (Ib. 389). Pe-
 lopoea P. iv 16. 13. Penelopes T. i 6. 22. P. iii 1. 107.
 Penelopea fides T. v 14. 36.

INDEX NOMINVM

- Penius *flumen* P. iv 10. 47.
 Pentheus (Ib. 532) T. v 3. 40.
Perdix (Met. viii 236 *sqq.*) Ib. 496.
Perilla poetria T. iii 7. 1, 29.
Metella T. ii 437.
 Perilleum aes T. v 1. 53. Ib. 435.
Periphetes Ib. 403.
Perseis epos P. iv 16. 25.
 Perseus (Ib. 461) T. iii 8. 6.
 Persicus T. v 10. 34. P. i 3. 69.
Persis terra T. v 3. 23.
 Phaeacis *carmen* P. iv 12. 27; 16. 27.
 Phaethon T. i 1. 79; iv 3. 66
 (Ib. 470). Phaethonta T. iii 4. 30.
 Phalacea nex Ib. 500.
 Phalaris *Agrigentii tyrannus* T. iii 11. 51; v 1. 53. Ib. 437 (P. ii 9. 44; iii 6. 42).
 Pharia manus P. i 1. 38.
 Phasiacus: Phasiaca corona Ib. 601. Phasiacas undas T. ii 439.
 Phasias (*Medea*) P. iii 3. 80.
 Phasis *flumen* P. iv 10. 52.
 Pharea gens P. ii 9. 43.
 Phereaus *Alexander tyrannus* Ib. 319.
 Phidiana manus P. iv 1. 32.
Philetas poetia T. i 6. 2. P. iii 1. 58.
Philippus rex Amyntiades Ib. 293.
 Philippo P. iv 15. 15.
 Philoctetes T. v 4. 12. Philoctetae P. iii 1. 54.
Philomela Ib. 535.
Phineus Ib. 263.
 Phinidae Ib. 269.
 Phoebeus (*Pylades*) T. i 5. 21; iv 4. 71. P. ii 3. 45.
 Phoebas (*Cassandra*) T. ii 400.
 Phoebe (*Diana*) Ib. 107. P. iii 2. 64.
 Phoebeus T. iv 2. 51. P. ii 2. 80.
 Phoebus Ib. 126, 571. Phoebi P. iii 2. 48. Phoebo T. ii 25. Ib. 463. Phoebe T. iv 3. 78.
 Phrygius: Phrygium senem P. iv 16. 18. Phrygium *flumen*
 Ib. 550. Phrygii buxi P. i 1.
 45. Phrygios modos Ib. 452.
 Phrygiis equis T. ii 386.
 Phryx Ib. 506. Phryga P. iii 3. 42. Phrygi Ib. 626.
Phylaceia coniunx (*Laudamia*) T. v 14. 39.
 Phyllis T. ii 537. P. iv 16. 20.
 Piachches *Thrax* P. iv 10. 23.
 Pierides T. iii 2. 3; 7. 4; iv 1. 28; 9. 16; v. 1. 34; 3. 10; 7. 32. P. ii 5. 63; iv 2. 45; 8. 70; 16. 42.
 Pierius (*adi.*): Pieria via P. ii 9. 62. Pieriae deae P. iv 12. 28.
 Pieris chorus P. i 5. 58.
 Pindaricus P. iv 16. 28.
 Pirenis unda P. i 3. 75.
 Pirithous T. i 5. 19. P. ii 3. 43; 6. 26.
Pisa urbs Etrusca Ib. 323.
 Pisaeus: Pisaeam (*Hippodamiam*) T. ii 386. Pisaea oliva T. iv 10. 95. Pisaeae foris Ib. 364.
 Piscis *sidus* T. iv 7. 2.
 Pittides (*Theseus*) Ib. 445.
Pityocampes Ib. 407.
Platonis Phaedo Ib. 492.
 Pleias P. i 8. 28. Pleiadum P. i 5. 82; ii 7. 58. Pliades Fr. 6.
Pluto T. i 9. 32.
Plutus, Cereris filius Ib. 417.
 Podalirius *medicus* T. v 6. 11.
 Poeantius *Philoctetes* T. v 1. 61; 2. 13. Ib. 251. P. i 3. 5.
 Poenus dux (*Hannibal*) Ib. 387.
 Poeni leones T. iv 6. 5.
Polydorus, Priami filius Ib. 577.
Polymestor rex Thracum Ib. 265, 577.
 Polypemon *latro* Ib. 405.
 Polyphemus Ib. (267) 385. P. ii 2. 113.
 Pompeia domus P. iv 5. 9.
 Pompeius *Sextus, Ovidi amicus,*
 ad cum missae sunt P. iv 1. 4; 5. 15. Pompeio P. iv 4. 17.
 Pompeium P. iv 4. 25. Pompei P. iv 1. 1.
 Ponticus *poeta* T. iv 10. 47.
 Ponticus (*adi.*): Pontica terra T. i

INDEX NOMINVM

2. 94. P. ii 7. 68; iv 9. 114
 tellus P. iii 1. 7; iv 9. 115.
 humus P. iii 5. 56. verba T.
 iii 14. 50.
 Pontus T. iii 2. 8; 4. 46. Ib. 27.
 P. i 3. 65; ii. 4. 27; iii 2. 44;
 iv 9. 85; 12. 34. Pontus Euxinus T. iii 13. 27. Ponti Euxini T. iv 4. 55. Pontus Laevus P. iv 9. 119. Ponti Laevi T. i 2. 83. Ponti Sinistri T. i 8. 39. Ponto Euxino P. ii 5. 9. Ponto Sinistro P. i 4. 31. Ponti T. 1. 10. 13. 31; iii 11. 7; 12. 32; iv 1. 19. 45; v 2. 61. P. ii 9. 67; iii 8. 17. Ponto (*dat.*) T. v 13. 21. (*abl.*) T. iii 13. 11; v 2. 1; 10. 1. P. i 9. 6; iv 10. 45; 15. 20. Pontum T. iii 8. 27. P. i 4. 27; iv 4. 19; 7. 7. Ponte T. v 5. 32.
 Porus T. iii 5. 39.
 PotniaDES equae Ib. 553.
 Pratalides Ib. 605.
 Priamus T. v 4. 11; 12. 7 (Ib. 281). Priami T. v 1. 55.
 Priscus uterque *poetae* P. iv 16. 10.
 Procne P. iii 1. 119 (Ib. 535).
 Procenen T. v 1. 60.
Procrustes cum Polypemone natus Ib. 405.
 Prometheus Ib. 289 (543).
 Propertius *poeta* T. iv 10. 45, 53; v 1. 17. Properti T. ii 465.
 Propontiacae orae T. i 10. 29.
 Propontis P. iv 9. 118. Propontidos T. iii 12. 41.
Protesilaus T. v 14. 40.
 Psamathe *Crotopi filia* Ib. 571.
 Pterelas rex *Taphiorum* Ib. 360.
 Punica grana P. iv 15. 8.
 Puniceus dux Ib. 280.
 Pylades P. iii 2. 70, 85. Pyladen T. i 9. 28; v 6. 26.
 Pylius *Nestor* P. i 4. 10.
 Pylius (*Nestoreus*): Pylios dies T. v 5. 62. annos P. ii 8. 41.
 Pyrrha Ib. 542.
 Pyrrhus *Achillis filius* T. ii 405. Ib. 301. *Epiri rex* (Ib. 299).
 Pythagoras P. iii 3. 44.
 Quirinus T. i 3. 33; 8. 37. P. i 5. 73.
 Quiris: Quiritem T. ii 569. Quirites P. iv 5. 17; 15. 11.
 Rabirius *poeta* P. iv 16. 5.
 Raetica arma T. ii 226.
Regulus Ib. 279.
 Remus T. iv 9. 8. Ib. 633.
 Rhamnēs *Rutulus* Ib. 649.
 Rhamnusia (*Nemesis*) T. v 8. 9.
 Rhenus T. iv 2. 42. P. iii 4. 88, 108.
 Rhesus Ib. 627, 628.
 Rhodopeia regna Ib. 343.
 Roma T. i 1. 57; 3. 62; 5. 70; 8. 33; ii 31; iii 1. 32; 2. 21; 7. 52; iv 1. 106; v 1. 73; 4. 3. P. i 2. 82; 3. 37; 4. 31; 5. 68; 8. 24; ii 1. 24, 58; 2. 68; 8. 19; iv 3. 46.
 Romanus (*subst.*) Ib. 279. P. i 2. 89. (*adi.*) T. ii 156. 197, 221, 244, 422; iii 3. 63; iv 2. 45; v 2. 35; 7. 55. P. i 2. 67; 3. 81; ii 1. 42; 2. 41; iv 16. 23.
 Rufinus *Ovidi amicus, ad eum missae sunt* P. i 3; iii 4. Rufine P. i 3. 1; iii 4. 3.
 Rufus *avunculus Ovidi uxoris, ad eum missa est* P. ii 11. Rufe P. ii 11. 1, 28.
 Rufus *poeta* P. iv 16. 28.
 Rutilius P. *Rufus* P. i 3. 63.
 Rutulus: Rutulo Ib. 649. Rutulos T. i 5. 23.
 Sabinus *poeta* P. iv 16. 13-16.
 Sagaris *flumen* P. iv 10. 47.
 Salanus *Ovidi amicus, ad eum missa est* P. ii 5. Salano P. ii 5. 1.
 Samius senex (*Pythagoras*) T. iii 3. 62.
 Samos *insula Ithacae vicina* T. i 5. 67.
 Samos Threicia T. i 10. 20.
 Sappho T. ii 365, 366.
 Sardanapallus Ib. 310.
 Sarmatice T. v 12. 58. P. iii 2. 40.

INDEX NOMINVM

- Sarmaticus T. i 5. 62; 8. 40; iii 3. 63; io. 34; iv 8. 16; v 1. 19; 7. 13, 56. Ib. 635. P. i 2. 45, 58; 3. 60; 5. 50; iii 8. 8; iv 10. 38.
- Sarmatis tellus T. i 2. 82. ora T. iv 10. 110; v 3. 8. P. ii 7. 72. umbra P. i 2. 112.
- Saturnia *Iuno* T. i 2. 7; ii. 297.
- Saturnus Ib. (214), 271, 403.
- Satyri T. v 3. 37. Ib. 79. P. iv 16. 35.
- Satyrus Phryx (*Marsyas*) P. iii 3. 42.
- Sauromates bubulcus T. iii 12. 30.
- Sauromatae T. ii 198; iii 3. 6; 10. 5, iv 1. 94; v 1. 74. P. i 2. 77; ii 2. 93; iii 2. 37.
- Scepsius (*Metrodorus*) P. iv 14. 38.
- Schoeneia virgo (*Atalante*) T. ii 399.
- Sciron *latro* Ib. 405.
- Scopas tyrannus Ib. 509.
- Scylla monstrum, *Phorci filia* (T. iv 7. 13) Ib. 383 (*bis*). P. iii 1. 122; iv 10. 25. *Nisi filia* T. ii 393 (Ib. 360).
- Scythia T. i 3. 61; 8. 40; iii 2. 1. 4. 49; 11. 55. P. iii 2. 45, 96; iv 6. 5.
- Scythicus T. iii 4. 46; 12. 51; 14. 47; iv 1. 45; 6. 47; 9. 17; v 1. 21; 2. 62; 6. 19; io. 14, 48. P. i 1. 79; 2. 108; 3. 37; 7. 9; ii 1. 3. 65; 2. 110; 8. 36; iii 2. 56; 7. 29; 8. 19; iv 9. 81.
- Semele T. iv 3. 67. Ib. 276 (soror Autonoës Ib. 469).
- Servius *poeta* T. ii 441.
- Sestos *urbs Thraciae* T. i 10. 28.
- Severus *Cornelius, poeta, Ovidi amicus, ad eum missae sunt* P. i 8; iv 2. Severe P. i 8. 2; iv 2. 2. 14. Severus P. iv 16. 9.
- Sextus (*cf. Pompeius*) P. iv 1. 2, 35; 15. 3. 18.
- Sicanis Aetna Ib. 596.
- Siculi T. iii 11. 55.
- Siculus (*adi.*) Ib. 197, 413. P. iii 1. 122. *tyrannus (Phalaris)* T. iii 11. 41.
- Sicyon Ib. 315. P. iv 15. 10.
- Sidonius T. iv 2. 27; 3. 2. Ib. 444. P. i 3. 77.
- Simonides *poeta* Ib. 510.
- Simus *Larisaeus* Ib. 330.
- Sinis *latro* Ib. 405.
- Sinopeus (*Diogenes*) P. i 3. 67.
- Sintus miles T. iv 1. 21.
- Sisenna T. ii 443.
- Sisyphus Ib. 173, 189.
- Sithonius (*Thracius*) rex P. iv 7. 25.
- Smyrna P. i 3. 65, 66.
- Socrates T. v 12. 12 *sqq.* Ib. 557. Cf. Anytus.
- Socraticum de nece opus Ib. 492.
- Sodalis *Ovidi ignotus, ad quem missa est* P. iii 6.
- Sol T. i 8. 2; ii 392; iii 5. 5. Ib. 107, 210, 428. P. iv 6. 48.
- Sphinx T. iv 7. 17. Ib. 376.
- Stator *Iuppiter* T. iii 1. 32.
- Sterope (*Pleias*) T. i 11. 14.
- Strophius *Pyladis pater* P. ii 6. 25.
- Strymon *Thraciae flumen* T. v 3. 22.
- Strymoniae matres Ib. 598.
- Stygius T. i 2. 65; iv 5. 22; 10. 88; v 9. 19. Ib. 151, 224, 590, 632. P. i 3. 20; 8. 27; ii 3. 43, 44; iv 9. 74.
- Styx T. v 2. 74 (Ib. 75). P. iii 5. 56; iv 8. 60; 14. 11, 12.
- Suillius *Rufus, privignae Ovidi maritus, ad eum missa est* P. iv 8. Suilli P. iv 8. 1, 89.
- Sulmo *Paelignorum oppidum, Ovidi patria* T. iv 10. 3. P. iv 14. 49.
- Sybaritica (*carmen Hemitheonis*) T. ii 417.
- Syene *Aggypti urbs* P. i 5. 79.
- Symplegades T. i 10. 47.
- Syracoscia urbs P. iv 3. 39. Syracosius poetæ Ib. 547.
- Syrtes P. iv 14. 9.

INDEX NOMINVM

- Talaus Ib. 352.
 Tanais *flumen* T. iii 4. 49. (P. iv 10. 55.)
 Tantalides (*Pelops*) T. ii 385. Ib. 432 (*Menelaus*) P. iv 16. 26.
Tantalus Ib. 177, 191.
 Taprobane P. i 5. 80.
 Tarpeius P. ii 1. 57; 2. 42; iv 4. 29; 8. 42; 9. 29.
 Tartara T. i 2. 22. Ib. (171) 491, 572.
 Tartareus deus T. i 9. 32. Tartarei angues Ib. 183.
 Tauri *Scythiae pars* P. iii 2. 45.
 Tauricus: Taurica ara T. iv 4. 63. terra P. i 2. 78. sacra Ib. 382.
 Teius senex (*Anacreon*) T. ii 364.
 Telamonius (*Ajax*) T. ii 525.
 Telegonus *Vixis et Circae filius*: Telegoni P. iii 1. 123. Telegonos T. i 1. 114.
 Telemus Ib. 268.
 Telephus *rnx Mysiae* T. v 2. 15 (Ib. 253, 254. P. ii 2. 26).
 Tempyra *oppidum Thraciae* T. i 10. 21.
 Tenes Ib. 461.
 Tereides *Ilys* Ib. 432.
 Terentius *poeta* T. ii 359.
 Teretea turba T. ii 191.
 Teucer P. i 3. 80.
 Teucri T. i 2. 6.
 Teuthrantia regna *Mysiae* T. ii 19.
 Thalia T. iv 10. 56; v 9. 31.
 Thamyras *vates* Ib. 270.
 Thasus Ib. 476.
 Thebae *Boeotiae caput*: Thebas T. ii 319. P. iv 8. 53. Thebis T. v 3. 30. Ib. 532.
 Thebana (*Antigone*) T. iii 3. 67; (*Andromache*) T. iv 3. 29.
Thebe, Alexandri Pheraei uxor Ib. 319.
 Themistocles P. i 3. 69.
 Thermodon *flumen* P. iv 10. 51.
 Therodamentei leones Ib. 381.
 Theromedon P. i 2. 119.
 Thersites P. iii 9. 10; iv 13. 15.
 Theseus T. i 9. 31. P. ii 3. 43; iii 2. 33; iv 10. 78 (Ib. 88).
 Thesea T. i 5. 19; ii 403. P. iv 10. 71.
 Thessalia P. i 4. 28.
 Thessalicus T. iv 3. 30. P. i 3. 74.
 Thessalus Ib. 283.
 Thestias (*Althaea*) T. i 7. 18.
 Theudotus Ib. 464.
 Thiodamas Ib. 486.
 Thoantea dea Ib. 382.
 Thoas (*Thoans*) T. i 9. 28. P. iii 2. 59. Thoantis T. iv 4. 66.
 Thrace P. iv 5. 5.
 Thraces Ib. 133.
 Thracius T. ii 226.
Thrasis (A. Am. i 649) Ib. 395.
 Thrasyllus *frater Simi* Ib. 329.
 Threicius T. i 10. 20; iii 14. 47. Ib. 379. P. ii 9. 52.
 Thybris T. v 1. 31.
 Thyestae mensae P. iv 6. 47.
 Thyestes (Ib. 427). Thyestae (*gen.*) Ib. 543. (*dat.*) Ib. 357.
 Thyniaci sinus T. i 10. 35.
 Tiberinus Ib. 512.
 Tiberis Ib. 136.
 Tibullus *poeta* T. ii 447, 463; v 1. 18. Tibullo T. iv 10. 51.
 Tibur P. i 3. 82.
 Ticida *poeta* T. ii 433.
 Tiphs T. iv 3. 77. P. i 4. 37.
 Tiresias Ib. 261.
 Tisamenus *Orestae filius* Ib. 346.
 Tisiphonea tempora T. iv 9. 6.
 Tityrus *pastor* P. iv 16. 33.
 Tityus (Ib. 179, 192) P. i 2. 39.
 Tmolia terra P. iv 15. 9.
 Tomis *oppidum Moesiae* T. iii 9. 33. P. iv 14. 59.
 Tomitae P. i 2. 75; iv 9. 97; 14. 15, 23. 47. Tomitas T. i 2. 85; iv 10. 97.
 Tomitanus ager P. iii 8. 2. Tomitanae regionis T. v 7. 9. terrae P. i 1. 1. Tomitana harena P. i 6. 49. humo P. iii 1. 6. urbe P. iii 4. 2. Tomitanae nurus P. iii 8. 10.
 Tonans *Iuppiter* P. ii 2. 42.

INDEX NOMINVM

- Trinacria (*Sicilia*) P. iv 15. 15.
 Trinacris (*Sicilia*) P. ii 10. 22.
 Trinacris Hybla T. v 13. 22.
 Triptolemus : Triptolemi T. iii 8.
 1. Triptolemo P. iv 2. 10.
 Triumphus *Ovidi carmen de Tiberi Pannonicu triumpho* P. iii 4. 3.
 Trivia (*Diana*) P. iii 2. 71.
 Troesmes *oppidum Moesiae* P. iv
 9. 79; 16. 15.
 Troia T. ii 318; iv 3. 75; v 10. 4.
 Troiae T. i 3. 26. Troia (*abl.*)
 T. i 2. 5. Troiam T. i 2. 5;
 iii 5. 37. P. iv 7. 41; 16. 19.
 Troianus Ib. 250. P. ii 2. 25.
 Troicus : Troica bella P. ii 10. 14.
 vela Ib. 361.
 Tullia Ib. 361.
 Turnus (*rex Rutulorum*) : Turno
 T. i 2. 7. Turne T. i 9. 33.
 Turranius *poeta* P. iv 16. 29.
 Tuscus *poeta* (*idem fortasse qui Demophoon* Prop. ii 22. 2).
 P. iv 16. 20.
 Tuscus (*adi.*) Ib. 136.
 Tuticanus *poeta*, *Ovidi amicus, ad eum missae sunt* P. iv 12 et 14 :
 Tuticanum P. iv 12. 10. Tuticani *ibid.* 11.
 Tydeus Ib. 348, 426. P. i 3. 79.
 Tydides (*Diomedes*) P. ii 2. 13.
 Tyndareus (*cf. Heroid. 8. 29*) :
 Tyndarei Ib. 352.
 Tyndaridae T. i 10. 45. P. i 7.
 32.
 Tyndaris : Tyndaridos (*Clytaemestrae*) T. ii 396 (*Helena*) P.
 iv 16. 26.
 Tyras *flumen* P. iv 10. 50.
 Tyrii tori T. ii 534.
 Vlices T. iii 11. 61; v 5. 51. P.
 iii 1. 53; iv 10. 9 (Ib. 275, 566,
 615). Vlixis P. iii 6. 19. Vlixem
 T. i 2. 9. P. iv 16. 13. Vlike
 P. iv 14. 35.
 Vltor Mars T. ii 296.
 Vmbria P. i 8. 67.
 Vrsa *sidus* T. iii 11. 8. P. i 5. 74
 (T. iv 3. 1). Vrsae T. i 4. 1;
 ii. 15; iii 4. 47; v 3. 7.
 Varius *poeta* P. iv 16. 31.
 Venus T. i 2. 6; ii 262, 296, 527.
 Ib. 209. P. iv 1. 29. Veneris
 T. i 2. 8; ii 310, 440, 523. Ib.
 575. P. i 10. 33; iii 1. 117.
 Veneri P. i 3. 80. Venerem T.
 ii 299, 363, 377.
 Vergilius *poeta* T. iv 10. 51.
 Vesta T. iii 1. 29. P. iv 13. 29.
 Vestales T. ii 311.
 Vestalis *Ovidi amicus, ad eum missa est* P. iv 7. Vestalis
 P. iv 7. 1. 54.
 Victoria T. ii 169.
 Virgo aqua T. iii 12. 22.
 Virgineus liquor P. i 8. 38.
 Vitellius P. iv 7. 27.
 Volesus P. iii 2. 105.
 Vulcanus Ib. 109.
 Zanclaea Charybdis T. v 2. 73.
 Zephyrus *ventus* T. i 2. 28. Zephyri T. iii 12. 1. Zephyros
 Ib. 33.
 Zerynthia litora *Samothraciae* T.
 i 10. 19.

JAN 18 1916

**THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
GRADUATE LIBRARY**

DATE DUE

NOV 18 1971

UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 03038 3478

**DO NOT REMOVE
OR
MUTILATE CARD**

